Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

1569 DA Boks

No 3081.



REGIA
HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

I N

A C

D O M

gis D

roico

teber

guſ

HIE

Alia

E

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

RES GESTÆ
INCLYTI
AC SERENISSIMI
DOMINI D. CHRISTIANI III RE-
gis Daniæ &c. deſcriptæ carmine he-
roico & recitatæ in Academia Vi-
tebergenſi, Anno 1563. die 10. Au-
guſti, cum 40. honeſtis ac doctis
uiris gradus Magiſterij Phi-
loſophici decer-
neretur

A

HIERONYMO OSIO AB
eodem Rege Daniæ Poeta
Laureato.

ITEM

Alia quædam in actu publico Ma-
giſtrorum recitata.

VITEBERGÆ
Ex Officina Viti Creutzer.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

BIBLIOTHECA
REGIA
HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

INCLYTO ACILLVSTRISSIMO

PRINCIPI, AC DOMINO D. ALExandro, Duci Saxoniæ &c. illuſtriſſimi Principis Auguſti Electoris Saxoniæ &c. filio, Domino ſuo clementiſſimo.

S. D.

SAepè patrem ſoboles ſua reddit imagine morũ,
Sæpè nepos animi dotibus æquat auum.
Eſt in equis patrias, auiumq; in ſtirpe notari
Naturas, quia uis hinc data ſemen alit.
Sic generoſe puer patris inclyte ſanguine princeps
Matris ab illuſtri nec minus orte domo:
Patris, auiq; refers naturæ ſemine mores,
Ingenij nec ab his degener eſſe uoles.
Hauſit utrinq; grauem uim roboris inſita uirtus,
Qua dedit inſignem te ſat uterq; parens.
Ante alias quoniam illuſtres generoſa uirago
Indidit ingenium nobile mater aui.
A genitore locum ſed magni principis æquas,
Et trahis egregias indole mentis opes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Qui genus illuſtri deducit origine princeps,
Laudatæ ueteri nobilitate domus.
Nulla pari titulis cui laude ſuperbit auorum,
Saxonicæ magno eſt nomine ſtirpis honos.
Edidit illuſtres quæ ſanguine clara ſuorum,
Protulit heroum ſe genus unde, uiros.
Qui memores uirtute ſui fecere minores,
Et meriti famam non morientis habent.
Quiq; domi pacem bellè, foris arma gerebant,
Res quoties armis ulla uolebat agi.
Ne procul accerſam ſermonum exempla meorum,
Penè recens memori uoce referre iuuat.
Cognato ſat digna tuo quæ gloria dici
Mauritio tanto principe clara poteſt?
Si quibus ille modis uideas excelluit heros,
Bellandi quoties forte ſubiret opus.
Hoc Aſiæ domitor, Germani hoc ſanguinis hoſtes
Arma mouente minas extimuêre Ducis.
Attonitis ad nomen erant quin mentibus omnes
Illius, audiri mentio ſi qua dedit.
Te pater ac patruus ſat honeſto accendere poſſunt
Exemplo meritis clarus uterq; ſuis.
Hunc decorauit enim pulcris ſua dextra trophæis,
Et mors uulneribus fortibus empta uirum.
Illum alijs placidæ uirtutes laudibus augent,
Qui bellum odit & has pacis amator obit.

Qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Qui bene de toto patriæ ſtudet orbe mereri,
Eſſe piè populis præſidioq́; ſuis.
Ergo parentis eris, patruiq́; eris æmulus ultrò,
Ergo tui princeps optime ſemper aui.
Cuius ego hiſtorias, quas pace peregit & armis,
Præcipuas refero carminis arte mei.
Quo famam donare tuam meus audet Apollo,
Qui fore iucundum nomine ſperat aui.
Ob quem, nulla ſubeſt ſi gratia, candide princeps,
Munus Alexander uile placere ſinas.

Tuæ Celſitud. deditiſſ.
Hieronymus Oſi-
us M.

DESCRIPTIO RERVM GESTArum inclyti Regis Danorum Chriſtiani III.

RES bello geſtas & pace uirumq; potentem
Imperio, ac uirtute, parem cui ſecula nôrant
Non ſua, dant nec noſtra, cano, quo Rege poteſtas
Danorum antè diu uires collapſa recepit,
Aureaq́; auſpicijs lætis ſe reddidit ætas.
Inq́; nouam è medijs lucem reuocata tenebris
Auſpice te Chriſti doctrina Luthere refulſit.
Non meriti teſtem ſe conſcia fama negabit,
Aeternos pro quo memor illa dicabit honores.
Quo bonus imperijs uno datur auſpice princeps,
Hunc regat & facili Deus annuat aure laborem,
Ac ferat autor opem, cedant quò proſpera, cœptis,
Illius ut referant, quæ proſequor, omnia laudem.
Mille duosq́; legens, quingentosq; ætheris orbem
Chriſte tuo ſol à natali exegerat annos:
Regius ecce puer felicibus editur aſtris
In lucem ille, patrem Danis quem fata uolebant
Eſſe ſuum patriæ, qui nomine tertius illo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Chriſtiades dici ſic omine dante ſolebat.
Nam ceu nomen idem cum Chriſto penè gerebat,
Sic erat haud illo pietatis amantior heros.
Holſatiæ genitore ſuam qui principe ſtirpem
Traxit,erat Friderici nomen,at auſpice uitam
Chriſtiade ille tulit,quem primum hoc nomine Re-
Dicunt,cui uetus & titulis illuſtris auorum (gem
Stirps Oldeburgiaci Comites primordia donant,
Holſatiæq; duces, denos qui præfuit annos
Danorum imperio,nec uitam inglorius egit,
Sed famam moriens uiuacem laude reliquit.
Quem refero,matrẽ ſtirps principis edidit Annã
Tam uetus,illuſtri quàm ſanguine clara uirorum
Marchio te cretam generoſe parente Ioannes,
Sed ſate patre uiro ſat originis ipſe ſuperbæ,
Quem ſua Teutonicum admirata uocabat Achil-
Aetas,quòd factis Europæ impleuerit orbem, (lem
Eſt quibus armorum uirtus experta labores.
Huius alumna parens Regi quòd facta uirago eſt
Chriſtiadæ, anne poteſt ea gloria ſumma negari?
Ceu quondam in natis ſe reddit imago parentum,
Sic abit in ſobolem naſcens cum ſemine uirtus.
Naturæ cum patre refert uim filius unam
Sæpè,ſuam morum ſic indole filia matrem.
Maior adhuc lætis ſed gloria paßibus errat
Chriſtiadæ & ſublime caput ſuper æthera tollit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Ille piæ egregios uitæ quòd laude parentes
Nactus, amore parem nuſquam pietatis haberet.
Nam caret hoc dubio, quin cura domeſtica morū,
Ingenijq; amplas dotes his ſæpe magiſtris
Efformârit, & aßiduo firmauerit uſu.
Quin bona tanta uiro patrijs hoc auſpice Danis
Coutigerint ob laudatos pietate parentes.
Progenies ſtabili quia lege piorum,
At ſecus eſſe Deo ſolet effectore malorum.
Flore puer primo teneros cum carperet annos
Ad mores natura bonos ſua cerea flecti
Huic erat & quæ uiſa ſuis excellere donis.
Prima ſtatim ſtudijs aſſueta decentibus ætas,
Arguit ingenij ſollertis acumine uires.
Præcipuè humanis quæ præuia mentibus orbem
Aethereum reſerat, uerum monſtrare uolenti
Nata Deum, doctrina ſuo mox imbuit uſu
Trita pium tyronem, hinc illius hauſit amorem,
Pectore qui ualidè radices egit in imo.
Fortè uigens ætas pueriles uicerat annos,
Vt mores hominum uarios ſpectaret & urbes,
Patre uolente plagæ Germanidos iuit in oras,
Marchio te Ioachime petens, quòd auunculus eſſes
(Hoc primo cui nomen erat) qui dona gerebas
Ingenij præclara ſagacis acumine princeps.
Has quia conueniens dotes cultura iuuabat,
Illuſtri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Illuſtri haud ex ſtirpe uirûm te doctior alter
Tunc fuit, eloquij nec qui magis arte ualeret.
Sic generoſus ubi eſt adoleſcens uiuere tecum
Miſſus, ab exemplo cognati multa doceri
Cœpit, & exercere calens uirtutis amorem.
Aemulos in laudem ſtimulos uigor addidit acres,
Naturæ præſtantis opem impetus unde trahebat.
Hinc firmata ſuis prudentia creuit ab annis
Tyroni, grauitasq; decens in corpore mores.
Militiæq; ſequens induſtria gnauiter artem.
Heroem ante ſuos quem magnanimum arguit an-
Indolis egregiæ miris ſpes edita ſignis. (nos
Qui decimum, octauumq; ubi uitæ duceret annũ,
Vangionum princeps ſecum cognatus ad urbem
Ducit iens, quô concilij tum cauſa uocabat,
Forſan agenda recens de relligione Lutheri.
Hîc daret indocti cum publicus ore loquelas
Sermo rudes Monachi, ſcurræ quem more iocari
Non importunè geſtu leuiore pudebat.
Auſcultator adeſt in templo Cæſar, & omnes
Imperij proceres, adoleſcens regius aſtat
Chriſtiades una, Monachiq; ut ineptiat audit
Lingua, notans plenos inſulſo corporis actu
Haud impunè iocos, quos hiſtrio fœdus obibat.
Altius erigeret dum ſe iam, iamq; precandi
Ceu ſtudio genua incuruans demitteret idem:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Dependere puer per rimam cernit hiantem
Funiculum,præcincta gerit quo membra ſacerdos
Ore loquax miro,qui flexos dum tenet artus,
Inijcit arte uafri reſti clam dextera nodum
En pueri,atq; moram ſeſe releuare uolenti.
Qui ſe ſenſit ubi captiuum fune teneri,
Cæſaris ingenti rugitu perculit aures,
Perfidiam incuſans profitentum dogma Lutheri.
Cæſaris autorem iubet ira ſeuera requiri,
Qua pœnas ſuadente graues huic lingua minatur.
Sed quia nemo dolū,quem clam dedit ille, notârat,
Inſontes aliena premat ne culpa periclo,
Ipſe palam puer autorem ſeſe eſſe fatetur,
Orans,rem quo geſta modo ſit, auunculus omnem
Marchio mox agitare paret cū Cæſare princeps.
Ille licet tentare metu uix audeat iram
Cæſaris,alloquio tamen haud placare ueretur,
Seſe offerret ubi uoto opportuna facultas.
Cæſar ubi ingenuam pueri accipit indice mentem
Hac ratione,palàm quòd ſe audeat ipſe fateri
Autorem,illa uidens non omine ſigna carere
Indolis egregiæ,ante ſuos qua polleat annos.
Offenſam non ergo grauem modo ſponte remiſit,
Arguit huic facili magnum ſed mente fauorem.
Fata quis in puero rem ſic geßiſſe negabit?
Omen ineſt facto, Chriſti quem debuit olim

Hac

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Hac defenſorem fore ſe uirtute probauit,
Inuiſum auſus adhuc puer exercere Papatum,
Oſtendens uentura uirum quem ſpondeat ætas.
Marchio fatales hunc quando remiſit in oras,
Ille monere patrem iam tum, mutaret abuſu
Sublato Romana ſuis deliria terris,
Et ſincera loco ſuccedere dogmata uerbi
Diuini, atq; ſacros reuocare liceret honores.
Magnanimi aſſereret uirtus quos dia Lutheri.
Flore uigens læto uiginti exegerat annos
Huic ætas, pater imperij cùm cepit habenas
Et ius, & patrios faſces regniq; coronam.
Marte potens huic quam cum ſceptro Dania miſit.
Cui munita ſuos cùm clauderet Haphnia muros
Vrbs caput imperij renuens agnoſcere Regem,
Exercere graui bello non antè quieuit,
Quàm patefecit ouans illi uictoria muros.
Cui tunc militiæ primis comes ibat in armis
Indole præſtanti iam tum uirtutis honorem
Edens Chriſtiades, ac creſcens nomine tyro.
Qui patris auxilio curas, operasq; ſerenat
Strennuus, ipſe uicem ductoris obire tumultu
Auſus in arma uocante, ſuos nec reſpicit annos.
Dicitur hanc adeo pulcris auxiſſe trophæis
Laudem, ut ſuſpicerent animis gratantibus omnes.

Qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Qui per honorati ueſtigia patris eundo,
Aemulus in laudem iam tum tendebat auorum.
Quem fore prima notam dedit, hunc ſua ſerior
Arguit, aucta tulit uires cũ corpore uirtus, (ætas
Ceu pater ingenij donis excelluit heros.
Pax cui pluris erat iuſto durißima bello,
Vnde ſuum peterent ſi quando pericula gentem,
Hunc dixiſſe ferunt: ne fidere uiribus auſim
Ipſe meis patriæ populos, cauſamq́; tuendi.
Qui dedit, ipſe tegat, ferat hoc ſi iuſta uoluntas,
Omnipotens Deus, & qui regna dat unus & au.
Rex erit ille meæ populis ditionis, & oris. (fert.
Si uolet ipſe, tegam, ſi nõ, data ſceptra relinquam.
Iam lætis pater auſpicijs data regna gerebat,
Accipit hæredem gens huic obnoxia gnatum
Holſatiæ, qui uana ſtatim commenta remouit
Præſulis Auſonij, templisq́; exire coegit
Hæc exploſa ſuis, ueræq́; reſumere uires
Relligionis in orbe ſuo curauit honorem.
Iuſticiæ ſummam laudem cui nemo ſuorum
Derogat, ex æquo pius arbiter eſſe ſolebat.
Offerrent dubias ſi quando negocia lites.
Huic erat in patrias etiam clementia gentes
Tanta uiro, quantam princeps uix egerit alter.
Largus opum, dandiq́; parem nec repperit uſquam
Ipſe, manum claudi cui mens haud parca uetabat

Hinc

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Hinc non diligerent qui ualde, tota negabat
Illa uiros ætas, niſi qui uel uindice pœnas
Hoc ſcelerum luerent meritas, uicioue ſolerent
Qui naturæ odiſſe bonos, turpemue Papatum
Aſſererent, illo qui perdidit auſpice uires.
Tam neruoſa ſuis erat huic facundia uerbis,
Poſſet ut ille loqui Pylij ſenis ore uideri.
Qualis Ezechiæ ditionem rexit Iudam
Principis imperio uirtus, laudemq; peregit:
Ingenio talem, & generoſis moribus egit
Ille uirum, nemo te Dania teſte negabit.
Qui pietate potens, & caſti pectoris hæres
Cùm foret, exemplo populis, quos lege regebat,
Eximio, & palmæ cunctis auferret honorem:
Principe Saxoniæ Magno genitore puellam
Illuſtrem uitæ ſociam, lectiq; petiuit.
Coniuge qua uiuens caſtè pater auſpice cepit
Quinq; Deo thalami generoſam pignora prolem.
Inclyta Dux Auguſte uiro te digna uirago
Enſifer imperij Anna pios ſolatur amores.
Proximus huic natu regni nunc frater habenis
Præſidet, inq; uicem ſe patris habere laborat,
Faxit & optanti facilem Deus annuat auram.
Tertius eſt Magno cui nomen ad extera uenit
Dux loca, Liuoniæ reſidens germanus in oris,

Iure

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Iure tenens partem domini, puer inde Ioannes,
Et Dorothæa ſoror referens hoc nomine matrem
Et fido patriæ pietatis alumna progago
Ambo domi uiduam ſolantur amore parentem.
 Emerat ecce pater meliorem funere uitam
Rex Fridericus, agi de ſucceſſore iubebat
Hæc fortuna nouo, procerum pars una uolebat,
Cuius erat uirtus iam non incognita, Gnatum,
Pars his auſa ſuas uotis opponere uoces.
Hinc gerit impatiens domini diſcordia cauſam
Mota diu, regni quoſdam quia uana cupido
Magnatum inſtigârat, ut affectare parârent
Imperij ſummam, ui raptaq; ſceptra tueri.
Hoſtibus externis hæc ſpem fortuna mouebat,
Vt, dum diſtraherent regni tot inertia uires
Diſsidia, hoc impunè capi mox poſſe putarent
Hinc Comes, eſt ueteri quē moris ab arce uocari,
Chriſtophorus ſocio quia cum Textore laborat,
Meieroq; uiro, (quem iuncta Lubeca recenti
Fœdere miſit, opem præſtans in bella,) potiri
Imperio, Holſatiæ ui militis occupat agros,
Antè, facit certum belli quàm nuncius hoſtem,
Et uaſtare parat, uetet hoc nî aduerſa poteſtas.
Sed quem Chriſtiades uirtute repreſsit, & armis
Dux tunc Holſatiæ, fuga ſic tramiſit in oras

Danorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Danorum, hunc tutore carens quæ ſponte recepit
Inſula dans illo uictore Selandia ſedem,
Dum ſe Chriſtiadæ captiui ultore Secundi
Rem ſimulabat agi,regno quem reddere uellet.
Interea muris fidentem,opibusq́; Lubecam
Chriſtiades , tunc Holſatiæ dux cingit ut urbem
Obſidione,peti data qua tunc cauſa ſinebat.
Huic regni proceres, belli dum peſte laborat
Dania,quæ triſtes tulit indefenſa rapinas,
Sceptrum in caſtra modo patrium ceu ſupplice mit
Ac ius imperij ſancito fœdere ſpondent. (tunt,
Ille diu quamuis tanti detrectet honores
Officij,reputans quantam prouincia molem
Hæc humeris commiſſa trahat,quantumq́; laborē,
Dum fera diſcordes exerceat ira colonos,
Et ſint,qui teneant partem iam uiribus,hoſtes:
Velle tamen ſic fata uidens,ſubit optimus heros
Difficiles regni reuocandi in priſtina uires.
Cuius erat labefacta feræ ſic clade poteſtas
Seditionis , ut ante duos non qui uerit annos
Lapſa reſarciri uirtute potentis & armis
Auxilijsq́; uiri,caſus quem iuuit in omnes,
Quæ firmabat opem diuina potentia cœptis.
Quantū eſt arma Deo ſi ſuſcipit auſpice princeps.
Tantarum exciperent hunc cùm primordia rerum,
Illius eſt adeo uirtus animoſa labores

Viſa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Viſa ſequi tantos, hunc ut fore magna docerent
Signa, daret ui defenſos qui uindice Danos.
Nam cum paſſa foret Clementem nomine nautam
Inſula piratarum audentem more rapinas
Iutia, terra uadis circundata penè marinis,
(Quam Cherſonnenſum ueteres dixêre) latronem
Mox captum enſe uolens ulciſci in fruſta ſecari
Quatuor, imponiq; rotis totidem ille iubebat,
Hoc ſcelerata darent leto periuria pœnas.
Autor ut infelix belli Meierus eodem
Supplicio, urbis ope eſt qui miſſus in arma Lube-
Deſijt infeſtare ſuis te Scania ſignis, (cæ,
Inſula Danorum riguis non infima terris.
Alburgam infeſtis fidentem uiribus urbem
Non oppugnandi ſuperare labore quieuit,
Quàm reſeraret ouans ferro uictoria muros,
Autoresq́; rebellandi demittêret orco.
Quas etiã ille manus Alburgicus autor agebat,
Quasq; Lubeca potens tum fœdere miſerat uno
Omnibus inſtructas bellandi rebus ad uſum,
Funditus excidio dedit urgens prælia uictor,
Aſnitium ingenti defungens cæde ſub urbem,
Clauſa tenet boreo quam terra Fionia ponto.
Hanc obit immenſam uictrix dum dextera ſtragem
Penè carens numero iuuenum ſeges occidit armis.
Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Et Comites illuſtre duo genus, edidit ambos
Veſphalis ora, domum patrij uni ſanguinis Hoyam
Stirps dabat, alter erat ſed Teccelburgica proles.
Miſerat urbs etiam ratione Lubeca iuuandi
Hoſtes Chriſtiadæ Ducis ad uada Balthica claſſem,
Omnibus ad pugnas inſtructam rebus et armis:
Excidium ferro quæ cœpit et igne minari
Vrbibus, accipiant nî frenum, et mœnia pandant.
At mox dextra uiris Ducis hanc ſpoliauit et armis
Chriſtiadæ, ſeque exuuiis onerauit opimis.
Sic alijs ſuus huic tum liber ab hoſtibus ibat
Impetus, una ſuas non exuit Haphnia uires,
Pugnandiq; minas, dum ciuis in arma ſuperſit.
Fracta metu pacem licet ipſa Lubeca iuberet
Deditione peti, quæ mouerat arma Secundi
Nomine Chriſtiadæ captiui, et cœperat urbem
Antè, ſui quam præſidij muniuerat armis.
Victor enim ille alios iuga ferre ſubegerat hoſtes
Hanc facturus idem bello celer obſidet urbem
Excidij intentans terraq;, mariq; laborem.
Hinc perpeſſa moram toto belli amplius anno
Infeſti, acta fame muros tandem hoſte recluſit
Vrbs uictore, tamen noxæ qui ſponte pepercit.
Non minor eſt uirtus, quàm uincere, parcere uictis
Tanta ſecuta cibi fuerat, penuria ciues,
Vt mactare canes uis dira iuberet in eſcam,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Inſuetaſq; gulæ feles, ſegneſq; caballos.
Tam fœdi rabiem placabant uiſceris eſu,
Magnanimos belli fiducia tanta tenebat
Spe defenſores patriæ tamen urbis inani.
Nam Megalopyrgæ duce quanquã gentis alumno
Miles Iohanne hanc Alberto Danicus urbem
Præſide non ſubitò pateretur ab hoſte domari:
Cùm genus omne tamen penuria longa ciborum
Demeret, impulſi ui dant hac moenia ciues.
Sic hanc, ſic alias, quas terra Fionia fundat,
Scaniaq;, atq; Selandus habet quas incola, cepit,
Rex ope fatali quas ſic exercuit urbes.
Cui dedit imperij felix ſucceſſus habenas,
Et pacem populis uelut aurea reddidit ætas,
Quam Deus hoc Danis ſub rege redire uolebat.
Qui palmam reliquis laudum eripit omnibus heros,
Vt ſecum aſtra potens obſcurat cuntia Phœbus.
Parta labore quies magno pacauerat orbem
Regni, paxq; locum domito iam Marte tenebat:
Ecce nouo Regi meritos inſtaurat honores
Turba ſuo procerum, atq; ſacris ſolennibus aram,
Ad quam more darent ueteri huic inſignia regni,
Cum ſceptro duplicem gemmis auroq; coronam,
Fulmineumq; enſem et maſſam, quæ denotat orbem.
Mittitur huc à Saxoniæ Bugenhagius oris,
Hanc ſacer officio qui rexit Epiſcopus urbem
Doctor

Doctor et Albinis erat ingens gloria Muſis:
Præſidet ille ſacro ſolenni, et ſancit honorem
Auguſtum regi, ore preces tum ritibus addit,
Vt Deus auſpicio felici uota ſecundet
Hæc Regi populisq́;, uolens hosq́; adiuuet ambos.
Rex quia iam pleno ditionem iure tenebat
Imperij, inſtituit triſtes ſarcire ruinas,
Adq́; nouas uires lapſam reuocare ſalutem,
Quam munire recens ſancitis legibus inſtat.
Vix dum uicta ſuis acceperat Haphnia portis,
Cuncta renaſcentem doctrinam uiſa morari
Cœleſtem, è medio remoueri obſtacula curat,
Ex ueteri ſtygium deturbans ſede Papatum,
Dansq́; locum latè creſcenti impune Luthero:
Quis putet? Auſonio tam latè dogmate peſtem
Regnantem, ille ſuis terris anno expulit uno,
Nil curans rabidam Romani antiſtetis iram.
Freta Deo uirtus duce contra audentior ibat.
Cum Muſis aliò migrare parabat Apollo
Tum ſocijs miſeræ ſortis, ſuccedere regno
Barbaries ardebat, ouans tamen ante triumphos.
Nam reuocare nouem Phœbo cum patre ſorores
Rex haud ceſſat, et hoſpitij ius ſpondet et urbem,
Quæ caput imperij eſt et mercibus inclyta, ſedem,
Hîc quo dante patent iam digna palatia Muſis,
Præmiaq; Aonios ſolantur honeſta labores.

Quem

Si quem terra parem Romano Danica nôrit
Eſſe uiro, Mecœnatem quem nomine dicunt,
Regum quæris, habes uel Phœbo iudice talem
Chriſtiaden, æquè largum deſiderat orbis
In Muſas hodie deſertas penè patronis.
Si conferre uiris iuuat hunc, qui maxima læto
Succeſſu uani geſſêre negocia mundi:
Hunc non Scipiades Romani nomine uincent
Virtutum, egregiè geſtis ſeu rebus et armis.
Qui pro laude Dei uarium exhauſere laborem
Et foris arma, domi pulcre geſſêre quietem:
Horum æquaſſe poteſt ſua Regi pene Dauido
Hunc uirtus, fuit illa togæ, fuit utilis armis.
Noticiam rerum ſi ſpectes cenſor, et uſum,
Regnandiq; uijs plenam prudentibus artem:
Hoc Salomon poterit Rex alter honore uideri.
Fuſor ut igne ſolet crudi ſecernere labem
Auri, excocta ſuum uicium dum maſſa relinquat:
Curat ab humanis cœlo ſic edita mendis
Ille repurgari cupidis oracula Danis,
Sancta ſuos reuocans populos ad ſcripta Lutheri,
Verſus erat cui tunc ſacer in uernacula codex
Verba, ſuam quo cognoſci Deus indice mentem
Omnipotens, animæq; peti ſinit unde ſalutem.
Hunc reddi ſermone, loqui quo Dania nouit,
Curat, et ingenti ſumptu liber aureus exit.

Quiq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Quiq; ſtylo curam uertendi ea ſcripta terebant,
Deſcrerent temere ne filum errore Lutheri,
Sed ducis exprimerent magnis conatibus artem
Huius, et æquarent imitando, ſæpe monebat.
Hi licet ignari non linguæ aut muneris eſſent.
Præmia non quibus hoc ſat digna labore negabat.
Huius ad huc ſcripti monumentum templa reſeruāt
Auſpice Rege, refert merito qui nomine laudem
Hoc Conſtantini, Magnum quem digna uocabat
Gloria, rite manus hunc qui ſcriptū arte magiſtræ
Sæpe librum, terræ diuerſas miſit in oras.
Quòd mihi tantarum ſi laudum attingere metas
Impetus eſſet, et hos animo exhaurire labores,
Cœpta fatigarent uanas audacia uires,
Et conarer aquis quot Balthicus humor arenas
Volueret, æquoreos quot alat ſeu reddere piſces,
Aut aperire uagæ quot aues te Dania tranent.
Nam prius æquoreum ſitis ebibet arida pontum,
Sicca petent piſces, auium gens exuet alas,
Eſt meriti quam fama pij paſſura ruinam
Et urtutis honos memori quàm deſinet æuo.
Optimus eſſe poteſt quo quiſquā nomine princeps,
Teſte uel hoſte tulit famæ heros huius honorem.
Seu priuata geri ſeu publica cauſa uolebat,
Præſes erat pietas, et iudex rebus agendis,
Mane quies ſomni cum iam ſaturata quieuit,

 Orſus et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Orſus et ore diem eſt orans et corde ſupremum
Ille Deum pro ſeſe, et toto corpore regni.
Ocia cúm ſinerent à curis libera rerum,
Doctrinam ore legente ſacram luſtrare iuuabat,
Et quandoq; pias interpretis addere uoces.
Haud ſecus ac ſacri uati dans dogmatis aures
Cuius ab ore frequens tunc aulica turba pependit.
Antè dies, quàm prandendi orta reduceret horas,
Arbiter ipſe graues regni componere cauſas,
Et patiens uulgi lites audire ſolebat,
Ac punire reos noxæ, inſonteſq; tueri,
Ritè cauens ne iniuſticiæ ſe labe notaret.
Qui Tyrio pranſurus ubi oſtro membra locârat,
Menſa uiros doctos huic iunctos una tenebat,
Conſilij ſeu rebus opem qui ferre ſolebant,
Præconeſue ſacri uenerandos munere uerbi,
A quibus hiſtorias erat aut audire uoluptas,
Aut his ore referre ſuo, quas ipſe tenebat.
Aut arguta frequens de relligione mouebat
Argumenta, ſtatim quæ nemo retexere nôrat.
Namq; adeo curæ res huic non ulla manebat,
Quàm certare ſacris de rebus more loquendi:
Cui qua lege forent cari, qui regna docebant
Chriſte, tuo dedit empta pater quæ ſanguine nobis,
Munere donandi manus omni hos larga probabat.
Altera ſole diem dum pars ducente trahebat.

Publica

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Publica ſi premerent non mole negocia rerum,
Se ſtudijs, ſacer eſſe ſolet quibus autor Apollo,
Oblectabat,opus dignum hoc quoq; Rege putabat.,
Præcipuè, artis erat quibus haud ignara,uirorum
Mens, ceu ſydereos circumferat impetus orbes,
Ille ope qui fiant diſcebat in æthere motus.
Erroneſq́; uago pede quæ miracula ducant.
Vnde uias Labyrinthæas ceu ducat euntum
Turba, modis miris, atq́; hoc laudabilis uſu
Facta uiri non immenſo nī machina ſumptu
Viſuro monſtrabat iter, quocunq́; tenerent,
Artis adhuc magnæ monumentum Dania ſeruat.
Siue ſacras erat hiſtorias huic cura legendi,
Regia cùm menſas iam cœna peracta remouit,
Non leuis ebrietas, non huic erat alea curæ,
Exercere ſacros ſed cantu maluit hymnos,
Aut luſtrare frequens ſcitu digniſſima lector,
Quæ Deus,aut hominum uarij geſſêre labores,
Donec adeſſe preces iterandi nouerat horam,
Commendare Deo quà ſeq́; ſuoſq́; ſolebat,
Totius et regni iam nocte ſequente ſalutem.
Inde ſuam exercens ſonis almo Muſicus artem
Concentu riguum ſuadebat inire ſoporem.
Quale Theodoſij patet exemplum eſſe Secundi,
Qui monumenta ſacris de cultibus edita uatum,
Qui Chriſti hiſtoriam dominantis in omnia tradunt,

Aſſidue arte manus propriæ deſcripta legebat.
Seu Ducis Alphonſi, quo Rege Neapolin urbem
Exeruiſſe caput perhibent, mos ſacra legendi
Scripta frequens ceu laude uehi uiuace meretur:
(Nam quater exhauſiſſe uices, deciesq́; legendi
Ille ſacros libros cœleſtis origine uerbi
Dicitur) haud alio ſua Regem ardore cupido
Chriſtiaden cœleſte colendi dogma tenebat,
Cuius uti ueros fontes hauriret, et uſum,
Per pia ſcripta frequens interpretis ire Lutheri
Lector amabat, ad hanc iter omne regebat amuſſim.
Ne nunc expediam, huic quam magna ſcientia
Regnorũ hiſtornas ſit parta labore legendi. (rerũ
Quin quæ geſta diu Danorum annalibus extant
Bella, togæq; graues acti qui tempore, caſus
Perluſtrauit, et hinc fortunæ exempla petiuit,
Quosq́; ſequi mores, quos non impunè liceret,
Obſeruauit, et auxit ope hac uirtutis amorem.
Qui labor orandi, quæq́; indefeſſa cupido
Huic erat ardenti gemituq́; fideq́; ſupremum
Vsq́; Deum, ille foras mala uerteret obuia paſſim?
Qualem fama refert pietate fuiſſe precandi
Sæpe Deum, et ſancto ieiunia more ſequendi
Chriſtiaden illum, Niniuen quem diſcimus urbem
Imperio tenuiſſe, ſuum ſic Dania Regem
Laudat, idemq́; ſoror uerum Germania nouit.
Nec

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Nec ſtudium pietas hec triuit inane precandi,
Sed durare ſtatu uelut aurea ſecula fecit,
Alma Dei multos quia munere floruit annos
Pax, tulit inq; diem laus Chriſto debita uires.
Quin cùm ſæpe malis ſua Regem obnoxia morbis
Membra fatigarent languore nec ulla ſalutis
Spem medicina daret, dum non orare quieuit,
Penè cadentis opem uitæ miracula morbum
Aſſeruêre palam huic ægram diuina ſalutem
Et procerum et uulgi hæc animũ incendebat imago
Eximiæ pietatis, et æmula corda mouebat,
Regis ut exemplo uellent componere mores.
Profuit ergo modis miris tam regia uirtus.
Ceu mentes oculosq; capit pulcerrima uiſu
Spectantũ,atq; ſui res magnum accendit amorem:
Principis eſſe boni ſic mens ſolet æmula uulgo.
Sæpe graui memini ſuper æthera note Melanthon
Ore uiri laudes efferre, paremq́; fateri
Vix pietate uagis Europæ uiuere terris,
Aut uirtute, mori famæ qua neſcia laus eſt.
 Hic quæ dicta frequens ſapienter in ore terebat
Ille, referre iuuat, quorum hæc ſunt digna notatu:
Te mea uiue Deus fiducia pendet ab uno,
Rebus enim ex alijs non eſt optare ſalutem,
Fac Deus omnipotens,iubet ut tua ſancta uoluntas.
A te, quæ fieri poſſunt,ſolo omnia pendent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Maiorem illa notant generoſæ mentis honorem
Dicta, ſat huic tribui ſua quàm præconia poſſunt
Qui quàm pace ſalutari muniuerit orbem
Imperij hanc conatus ope omni ac parte tueri:
Indicio bellum eſt, quod cùm iam regna teneret,
Mouit in autores ſpe ſeditionis inani.
Rem quam tam placido conatu tranſigit heros,
Nil ut poſſit agi hîc niſi pax quæſita uideri,
Ex quo non ullis iterum ſeſe implicat armis,
Cæſaris exemplo Gratiani his uocibus uſi:
Cum pax eſſe poteſt, non cingi conuenit armis.
Iam ſtabili ſeſe quia regna quiete tenebant,
Forſan agi Gnato de ſucceſſore uolebat
Concilium, et proceres ſuffragia prima popoſcit.
Non ſua qui puero Friderico uota negabant,
Flos ætatis ubi octauo huic adoleſceret anno.
Motibus hac ſapiens nocuis quia lege uidebat
Rex, cui conſilio ſapientia plena, negari,
Regum exempla ſequens omni uirtute potentum,
Nôrat idem Iſaiden conatum impunè Dauidem,
Teq; Henrice alijs unà cum regibus Auceps.
Non autem cùm longa darent huic tempora pacem
Ignauo luxu contriuit inutilis annos,
Sed res, augerent patriam quæ laude, gerebat,
Nec magis ille togæ quàm uixit idoneus armis.
Inſtaurauit opum ſumptu loca multa ſuarum
Dædaleis

Dædaleis hîc firma locans fundamina tectis,
Non ceſſans altis educere turribus arces.
Arx iacet alta mari, Haphniacis et proxima muris,
Hîc domus ingenti eſt theſauro inſtructa librorum
Hoc autore, pater magno quos ære coëmit.
A Valdamaro latæ cúm Rege fuiſſent
Leges, iuſticiæ quas emendare iubebat,
Cauſa ſuas illis alias ſancire remotis
Cœpit, idem imperij non diſſuadente ſenatu,
Debita iuſticiæ quas cúm tutela requirat,
Has extare bonum eſt communibus utile rebus.
Quæ ne diuino diuerſam à iure tenerent
Formam, iudicio doctorum cenſuit autor.
Vſurpauit Erice tuum qui Crabbe laborem.
Qui uelut ingenio es, ſic ſanguine clarus auorum
Vltrò cui tituli Rex ſanxit equeſtris honorem.
Nobilium te uiuit enim generoſior alter
Nemo uirûm, eſt regio quàm latis Dania terris,
Non ſunt qui te animi donis præſtantibus æquent.
Quòd ſi uel Phœbo quæras cenſore patronum,
Danicus ille poteſt Mecœnas iure uocari.
Largior Aònidum iuuat illo nemo labores
Muſarum, huius erunt meriti haud obliuia nobis.
Ante alias quas tunc prudentia regia leges
Condidit, hoc laudem decretum inſigne meretur,
Quo ſcelerata grauem contra periuria pœnam

Sanxit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Sanxit, et eſſe reum qui fingeret ore proteruo
Inſontem, antè datamue fidem quo falleret auſo:
Binos truncari digitos patiatur acuto
Ferro, illasq; notas infamia longa ſequatur.
Optimus hac princeps uoluit ratione uetari
Iurandi temerè leuitatem more nefando.

Seditione potens cum Suecicus arma moueret
Ruſticus, et contra te Rex Goſtaue pararet,
Nicoleo cui (fama refert ceu nuncia) Taggo
Nomen erat, patriasq; cohors Smalandia uires
Iungeret, et Regem ille ſuis ignoſcere cœptis
Chriſtiaden miſſis oraret ab orbe tabellis
Huc patrio, nec opem, ceu fœdera forte iuberent,
Regi adferre, potens domino cui Suecia cedat.
Mox fore promittens ut et hac ditione potiri
Poſſit, et imperio Danorum adiungere uictor:
Hanc ſpem, captaſſent alij quam ſponte, recuſat
Chriſtiades, et opem promiſſam fœdere belli
Perpeſſo has furias Gòſtauo adferre ſuorum
Iam mora nulla uetat. Peditum ocyus unde cohortes
Cogit, equeſtre feros tum præſidiũ armat in hoſtes,
Liberat ingenti ſic hoc diſcrimine Regem.

Nunc quo uita modo fatalem clauſerit horam
Principis, hæc cui praua parem deſiderat ætas,
Sed breuis expediam, quia res ea digna relatu.
Cherſonneſiaci iacet urbs Coldinga Colonis

Nota

Nota ſoli, aerias arx hîc petit ardua nubes,
Præbuit illa locum morienti regia ſedes.
Prima nouum auſpicijs lux quæ ſolennibus añum
Incoat, hæc animam cœlo exoptata remiſit.
Prima dies anni reſerat ſic limen olympi,
Quinq; ubi iam decies et quinos egerat annos.
Signa ſecuturam mox uiſa notantia mortem
Sunt diuerſa: duos immani crine cometas
Dania uidit, habent quæ prodigij omina mundo.
Et uiſi mala magna ſolent uentura minari.
His magis auditu ſignum mirabile cœlo
Redditur, antè breui mortem quàm fata propin-
Aliger ante oculos morienti nuncius aſtat, (quant
Qui morbi placidam fore tum canit ore quietem
Prima nouum cùm lux mundo produceret annum
Hoc ſubeunte nouam ſuccedere tempore uitam,
Fine carens quæ ſit nullis obnoxia morbis.
Hæc ſecum reputans pheretrum ocyus arte parari
Ille uolens aliò iam tum migrare iubebat.
Præuiſum ergo pijs ardens expectat agonem
En exercitijs, nec ſpe ſolatur inani.
Et peccata ſacro ſua coram uate recenſet,
Quaq; fide nitens cœli hæres eſſe laboret.
Pendeat à ſolo ſpes ceu ſua credula Chriſto,
Non cœnam inde ſacram Chriſti prandere moratur,
Qua firmare fidem tunc præſens hora iubebat.

Fini

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Finierant iam ſacrá ſuos ſolennia ritus
E templo Regina redit uiſura maritum,
Iam quô fata uocent ſe iam migrare parantem,
Quæ tanto fletu, tantoq; dolore laborat,
Vt clauem, quam Rex dabat, ægra tenere ualeret
Illa parum, ſe oculis auferre coacta mariti.
Interrea procerum ſummos accerſere mandat
IanFryſũ, Andreamq́;(uocant cognomine Barbum)
Ambos ingenio claros, uirtutibus ambos.
Eſt quorum ille Deo cœli nunc redditus hæres.
At Fryſum ſuperare ſinunt ſua fata, uoluntq;
Et decus et columen patrijs hunc uiuere Danis.
Namq́; fatebor enim, eſt illo præſtantior alter
Nemo uirûm. inſignes quos noblis ordo miniſtrat.
Quos pater ecce duos affari his uocibus infit:
Pectora præcipui procerum generoſa meorum,
Me ſuprema dies uocat ad commercia cœli,
Ergo mei incolumes regni cum gente ualete,
Quamq́; fidem uiuo præſtare fideliter ambo
Dignati eſtis, opem defuncti hæredibus ambos
Hac præſtare uelim, pietas hoc nota faceſſat.
Quem manet imperij gnatum promiſſa poteſtas
Conſilijs armate bonis, ſtudioq́; iuuandi,
Regnandiq; piam rationem urgete capeſſat.
Et uiolare modo pacem uereatur inani,
Diuinoq́; uetet fucos inoleſcere uerbo,

Commiſſamq́;

Commiſſamq; omni patriæ uirtute ſalutem
Aſſerat, exemplo genitoris et acer auorum.
Ac quibus uſa ſuis foert aula paterna miniſtris,
Præmia pro fidis operis non larga negaret.
Inde ſoror cum fratre patrem Dorothæa petebant
Ioanne, orarent ueniam, ſua ſi qua maneret
Culpa, pater moriens quam condonare rogatur.
Ille manũ imponens capiti horum ex more uetuſto
Sanctorum orat opem diuinam et proſpera regum
Omnia, ſintq́; pijs hortatur moribus ambo.
Maiores aberant natu illo tempore fratres.
Hinc regina refert ægro ſe iuſſa marito,
Imbre madens lacrymarum, ingentiq́; anxia luctu
Quæ petit errorem, ſi quo ſit lapſa, remitti,
Læſerit offenſi quo coniugis inſcia mentem.
Huic ait ille: meum cor iucundiſſima coniunx
Reddidit inuiſos non unquam iniuria mores
Vlla tuos nobis, ueniam quid uterq; precamur?
Coniugij unanimes placidè tranſegimus annos,
Paſſa nec eſt ullas conſtans concordia lites.
Si qua tamen fuit, hanc uentis obliuia donent.
Me Deus ad cœli nunc auocat optimus arcem,
Rurſus ubi meliora duos commercia iungent.
Cui parêre meum nunc eſt, tu ſi qua precando
Gratia noſtra ualet, minui patiare dolorem
Hunc tibi, non amittis enim deſerta maritum
Sed

Sed præmittis, et ipſa uoles quò læta uocari.
Hac ſolare grauem luctum, hac ſpe uince dolorem
Et tua te fortem pietas animoſa gubernet.
Treſq; tuo gnatos exemplo, unamq́; ſororem
Fida laceſſe, trahant ex te uirtutis amorem.
Et quem noſtra manēt, moriēs quæ ſceptra relinquo,
Conſilij adfer opem Friderico prouida gnato,
Vt, quem uoce refert ſe nominis, eſſe laboret.
Proq; feris pacem pius effice diligat armis.
Iamq; uale, haud oculis iterum antè uidenda mariti,
Quàm cœli ſedes eadem nos hauriet ambos.
Dixit et ardentem luctu, lacrymiſq́; remiſit.
Inde mori iam promptus adhuc quas exigit horas
Viuus, opem antè fide non exorare quieuit
Luctanti, moriens animæ quàm reddidit auram,
Quàmq́; choris cœli gratantibus aſtra petiuit.
Mutandi merces urbs haud ignobilis uſu
Compoſitos artus cuſtodit Othonia buſto,
Donec ouans hominū Chriſto genus omne reſurget.

FINIS

DECANVS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

INTIMATIO QVA SIGNIFICA-TVR, VT HI, QVI PETITVRI ſint publicum teſtimonium, nomina ſua apud Decanum profiteantur.

ANte, ſui dirum quàm pomum oblita marito
Præbuit Eua, datæ uis ea mentis erat:
Cuncta ſagax acri penetraret ut abddita ſenſu,
Obſcuræ penitus nubis habente nihil:
At nunc caligant animi, denſiſq; tenebris
Perpeßi uicium triſte potenter hebent.
Nilq; uident, atris quòd non ſepeliuerit umbris
Caligo, remorans cognitionis iter.
Ante grauem fuerant hæc omnia nota ruinam,
Nilq;, duos illos quod latuiſſet, erat.
Lux ea nunc languens obſcuro nubilat uſu,
Et nil noticiæ penè prioris habet.
Viuit adhuc ſcintilla tamen de fomite flammæ,
Parua licet, ueteris, cui ſed acumen abeſt.
Quæ tamen accendi, uigiliq; labore foueri,
Creſcere tum ſtudio res meditante ſolet.

 Iam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Iam moritura nouum trahit ut quaſſata uigorem
Fax, ſinit officio ſeq; mouentis alı:
Sic ea lux uſu ſe quantulacunq; foueri,
Deſit in hoc ſi non ſedula cura, ſinit.
Diſcimus huius enim radijs fulgentibus artes,
Præſidio nobis quas Deus ipſe dedit.
Hanc quia noſcendi uim nobis ille reliquit,
Vt rerum ſpecies ſcire ſit huius opus.
Reſtet ut ingenijs noſtris aliquanta facultas
Noſcendi res, quas utile ſcire patet.
Diſcere quas non hac ratione neceſſe fuiſſet,
Lapſus idem ſi nunc, quod prius, eſſet homo.
Noticiam ſtabilem nunc mens illæſa teneret
Rerum, deq; ſui ſemine, deq; Deo.
Quem nunc ritè parũ, uix ſeq; agnoſcit & ipſam,
Tam dubijs illam motibus error agit.
Dum quaſi per nebulam rerũ uix accipit umbras,
Sæpius incaſſum quàm remouere parat.
Hæc acui ſtudijs lux poßit ut ergo ſuperſtes
Quantulacunq;, modi fert Deus huius opem.
Cœlitus ingenuas nobis qui porrigit artes,
Quæ cumulent animum cognitione ſui,
Quas dedit humanæ natas ſeruire ſaluti,
His quæ caſſa diu ſalua manere nequit.
Sed quas haud noſtras tamen ocia ſegnia reddunt,
Has acri ſtudio uult Deus autor emi.

Addidit

Addidit inde grauem diſcendis ille laborem,
    Hinc exercitij ne graue deſit opus.
Quod tractans aliquis non ſegni torpeat uſu
    Vitæ, qui uicijs non alimenta neget,
Quo res quæq; magis prodeſt mortalibus ægris,
    Hoc grauiore dari plena labore ſolet.
Sunt quæ pulcra, uolunt ea ſe ſudore parari,
    Quæ non pulcra, ſequi penè labore caret.
Sic bona diuinis cùm nulla priora ſuperſint
    Artibus, his curæ copia magna ſubeſt.
Exhaurire poteſt nemo quam totius æuo
    Vitæ, multa recens quæ doceare, dabit.
Ars hinc longa, breuis couſueuit uita uocari,
    Mox ſolet hæc, uſu longior illa teri.
Sunt artes hominum genus inſtrumenta docendi
    Res uſu plenas, ſanctaq; iuſſa Dei.
Quas ego ſic numero ſeptem reor impare dici,
    Has ut dona Dei nomen alumna probet.
Huic ſua nam quædam numero myſteria tradunt,
    Quem cœleſte magis numen amare putant.
Nemo poteſt harum, ceu dignum, dicere laudes,
    Multiplici ſuperant utilitate modum.
Quarum, quàm ueteres dixêre Palæmonis artem
    Fortè uiri, primo digna putanda loco.
Ordine prima ſuum quia ceu ſortitur honorem,
    Vſu ſic uario prima putanda ſubit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Hæc quia pandat iter niſi protinus ire uolenti
Per reliquas, cœptis eſt uia nulla tuis.
Qua ſine nulla poteſt diſci res, nulla doceri,
Nulla modo dici, nulla decente legi.
Scribendi uarios hæc una magiſtra labores,
Dicendiq́; pari lege gubernat opus.
Quiſquis es ergo uiam doctas qui quæris ad artes,
Hac duce militiæ res age tyro tuæ.
Vt, qui cœcus, agi greſſus errore uiator,
Dum nullo pariter uadit eunte, ſolet:
Sic qui Grammaticæ ductu non appetit artes
Sex alias, cœci more capeßit iter.
Ad reliquas aditum illa duas facit inde ſorores,
Vt pars, quas habeant hæ, tibi detur opum.
Res quarum una uiam diſcendi, aptèq́; docendi
Tradit, & à falſis iungere uera docet.
Hæc oculis remouet denſam caligine nubem,
Qua ueri ſpecies diffugiente patet.
Altera magnifico pompoſa ſuperbit amictu
Rerum, nec cultu uerba uacare ſinit.
Totius ut certò, ſua cui uelamina deſunt,
Corporis agnoſci propria forma poteſt:
Sic habitum nimio Dialectica reſpuit uſu,
Vt pateant cœcis antè ſepulta dolis.
At uelut ornatu decus additur omne puellis,
Deformeſq́; notas ueſtis honeſta tegit:

Addere Rhetorice blandum ſic rebus honorem
  Ars ſolet, & maculis eſſe uetare locum.
Quatuor his aliæ iungunt ſua deinde ſorores,
  Quæ grauiora dari ſed documenta ſolent.
Rebus Arithmetice numerandis ſeruit, & artem
  Se probat, hæc qua non uita carere poteſt.
Quæ numeri ſeriem mirandam oſtendit & uſum,
  Diuinæ ſpecimen qui rationis habet.
Danda ſagax etiam pro mercibus æra coemtis
  Aeſtimat, & quo ſint illa ualore notat.
Terrenum radio cenſere Geometer orbem,
  Corporaq; exiſtant quanta docere ſolet.
Ars quæ nacta ſuum nitidis eſt nomen ab aſtris,
  Aetheris illa facit ſub regione uiam.
Per quam mens humana poteſt cœli ire ſub arcem,
  Et uarias motu dante uidere uices.
Altius hoc terræ quid ab orbe putemus olympo?
  Huc tamen ingenij uiribus ire licet.
Quid quæ nata modis animos mulcere canendi,
  Ars data diuino munere nonne fuit?
An non nobiſcum chorus hac obit aliger horas
  Officij, fungens quo canit ante Deum?
Has Deus ipſe dedit nobis, coleremus ut artes,
  Rebus & hinc noſtris ut peteremus opem.
Quarum qui ſtudijs pulchrum triuêre laborem,
  Illarum Iuuenes nec rude pectus habent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Militiæq; ſuæ poſcunt qui dulce trophæum,
Ingenij parto quo celebratur honos:
Hi ſua nunc ueteri tranſcribi nomina curent
More ſcolæ, multum qui rationis habet.
Vt ſua luſtrari non miles honeſta recuſat
Arma, nec arbitrij reſpuit huius opus:
Sic Phœbi par eſt ſectantes caſtra probari
Iudicio doctos candidiore uiros.
Tale petituri decus hi qui moribus adſunt
Ingenuis, uacua corda nec arte gerunt:
Hi noſtro candore frui feliciter auſint,
Hæc cenſura pij plena fauoris erit.
Sed te Gnate Dei precor his conatibus adſis,
Dignus ut inde tuo nomine ſurgat honos.
Antè fores ſtantem non intromitte Gradiuum
Mi Deus, à nobis coge referre pedem.
Pelle, tuum eſſe palàm qui ſe ferus arguit hoſtem
Moſchum, Marte fero qui gerit arma, Ducem.
Te pia ne Muſis celebrantibus ocia deſint,
Quæ nihil armorum tempore iuris habent.
Quiq; ſacro temerè cumulant de dogmate rixas,
Coge ſemel uindex iurgia fœda ſinant.
Agricolam ſocio lites cum Mure ſerentem
Plecte, tui uerbi ne populentur agrum.
Legis enim ambo tuæ naſcentes ſemine fructus,
Ore uenenato non uiolare timent.

Illam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Illam impunè ſacris audent explodere templis,
In quibus hanc capti mente ſonare uetant.
Eſſe quid hoc auſi, niſi bellum indicere Chriſto,
Qui uetat in nobis hanc abolere, poteſt?
Quis fuit, ante omnes qui nato impreßit Adamo
Noticiam, cunctos quæ docet eſſe Deum?
Nonne dabas illam tu conditor optime noſtri
Chriſte? pater per te tale peregit opus.
Mentibus humanis lux hæc inſperſa doceret,
Perpetuò quales nos uelit eſſe Deus.
Ergo duo clamant hanc legem turpe doceri
Deliri temerè qua leuitate ſenes?
Antè bonis lolium nocuum qui miſcuit herbis,
Agricolam tandem debita pœna domet.
Et non immeritos ueritum permingere Murem,
Digna ſemel prædam felis adorta petat.
Ruſticus inſulſè uulgi ne futilis aures
Occupet eloquij fraude uel arte ſui.
Stercora nec puro ſua Muſculus oblinat auro
Doctrinæ, audet iners quam temerare dolo.
Peßime Mus, ſed peior adhuc cur Ruſtice fucum
Plebeis faciunt dogmata ueſtra uiris.
Marchica quo non ingenio, aut uirtute priorem
Terra dat, hunc odijs cur onerare iuuat?
Laudis enim ſummæ uobis præſtantior aufert
Palmam, cauſa duos hæc odioſa mouet:
Ambo mori illum hodiè, quàm cras ut uiuere mal-
Sed tibi, non alijs improbe liuor obes. (lent,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

INTIMATIO
CONTINENS INVItationem Magiſtrorum ád publicum examen candidatorum.

FOrſan hebens acies ferri ceu cedere ferro,
Hæc reddi melior uiq̃; terente ſolet:
Exercente uiro ſic ſæpè uir acrior exit,
Seq̃; acui tali ſentit uterq́; modo.
Eſt alios tentare uiros res utilis olim,
Ludibrio uirtus creſcer emota ſolet
Sæpè ſolent alios tentando multa doceri
Vexariq̃; ſuo tempore pondus habet.
Quærere res alias, aliasq; docere quis uſu
Multiplici plenum tale negabit opus?
Vnus homo ſolidè non omnia nouit, & artes
Ingenuas nullo nemo docente tenet.
Ergo datas acui uires examine prodeſt
Ingenij, quas mos ille potenter alit.
Haurit enim ualidum uirtus agitata uigorem,
Vexandiq́; uicem uerba docentis habent.
Sic nunc una dati eſt quia pars exhauſta laboris
Nobis, officij quem ratione ſequor:

Altera

Altera cura ſubit rem nunc mihi ritè gerendi,
Cuius,ut eſt moris,publicus actus erit.
Priuato iuuenum tentare labore per artes
Auſi quorundam pectora docta ſumus.
Debita quos dignos placidè cenſura probauit,
Arbiter hos ut nunc publicus arte probet.
Vt titulo ſatis eſſe, petunt nunc cuius honorem,
Iudicij dignos tale loquatur opus.
Hîc quia more ſolet quæri doctrina recepto,
Quæ, quid in aërio ſe gerat orbe, refert
Aut præcepta bonis quæ moribus apta miniſtrat
Quaq; domi fas res lege, foriſq; geri.
Sic quoq; quas regio,quæ continet aëris orbem,
Res parit alta,labor quærere noſter erit
Aêre quæ uacuo quoniam ſublimia pendent
Graius ab oſtentis his meteora uocat.
Cur his prodigijs armari gaudeat aër,
Ac mortale tetro terreat igne genus.
Immanem barbam cur hæc imitata uaporum
Sit moles, iaculi more ſed illa uolet.
Hæc diſco ſimilem ſit imagine nacta figuram,
Hæc dolij ſpeciem ſundat adepta iubar
Ingruat ille feris cur cornibus igneus ardor
Ille uiri referat ſigna ſequentis equo.
Nunc ardere faces flagrantibus accidat auris
Flammaq; nunc longas ducat in axe trabes.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Cur liceat quondam ſtellas cum ſole uideri,
  Harum mira quibus fiat imago modis.
Quidq́; cauo cingi faciat Phœbi orbe ſororem
  Aut Phœbi teneant talia ſepta iubar.
Cur quondam plures oſtendat uterq́; figuras,
  Et triplici faciem lumine ſæpè trahat.
Ardentes Clypeos cur aura coruſca miniſtret,
  Stellaq́; de cœlo cur uideatur agi.
Aeris hæc regio cur tempeſtate laboret,
  Ex aſtris oriens uis elementa regat.
Augeat ardorem rapido cur Syrius æſtu
  Solis ubi radio ſtella iuuante furit.
Qualibus inde modis horrenda tonitrua fiant,
  Et rutilum reddant fulgura ſparſa iubar.
Materiam uentis quæ promat origo uaporum,
  Auram qui uariè ui quatiente mouent.
Aëre uibrato cur facta remurmuret ECHO,
  Quando illiſa cauis redditur aura locis.
At tempeſtatum cieat quæ cauſa labores,
  Quæ uim prodigij ſæpè potentis habent.
Et quas multa Iouis regiones tela fatigent,
  Ac quibus in terris fulmina rara cadant.
Quodq́; ſolent aliquæ res non Iouis igne feriri,
  Quas natura peti fulmine mira uetat.
Aëris oſtento quod hoc natura laboret,
  Vt lapides quondam res aliæue pluant.

Claßica

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Claſsica dira crepent cur more ſubinde tubarum
Arma, ſono cœli concutiantq; plagas.
Cauſa coloratæ quæ præbeat Iridis arcum,
Dimidio corni nec magis orbe ſinat.
Rorida cur rigido ſe nubila grandine mutent,
Nix aqueo reddi deq; liquore queat.
Qua nunc in nebulam coëat gelidamue pruinam,
Humidus in rorem nunc ratione uapor.
Et circumfuſo cur pendeat aëre tellus
Mirandam medij ſuſtineatq; uicem,
Quamq; tumore refert conuexo terra figuram,
Vera ſequi hanc etiam res fateatur aquas.
Quodq; pedum obuertunt nobis ueſtigia quidam,
Quos non præcipites res mihi mira dari.
Cum caput ad cœli pronum dependeat auras,
Terreno teneant & ſuper orbe pedes.
Aëre cur alio loca uim diuerſa ſequantur,
Res alibi ignotas qua ſtimulante cient.
Vt cur hæc ſubeant terram aſtra, ſed illa reſurgãt,
Illius in cauſa diſcimus eſſe globum.
Cur Lunæ facies defectu, Solue laboret,
Congruat efficiens ſi modo cauſa, patet.
Luxq; diurna uices toto quas ducat in anno,
Cum redit alternæ noctis, abitq; modo.
Quæ loca ui nullas Phœbææ Lampadis umbras,
Culmina iam cœli Sole tenente, trahant.

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Et quibus in Boream ſpargi hæ uideantur, & Au-
Cũ diuerſa legit per loca Phœbus iter. (ſtrum,
Maxima quas teneat lux, quasq; breuiſsima terras,
Quaq; quibus mos ſit lege notare diem
Cur alij mores alijs ſint gentibus, & cur
Ingenijs idem non ſit ubiq; color.
Qui ui terra tremat, uaſtoue dehiſcat hiatu,
Queq; dari ſoleant ſigna priora malo.
Et quibus auxilijs diris, quaue arte tremores,
Quoue hominum ualeat uis inhibere modo.
Et tellus enata fretis quibus hauſit arenas,
Montis ut emineat more iacentis aquis.
Et mare quas terras rabidis abſorbuit undis,
Vrbes quas & humo merſit hiante tremor.
Quæq; tremunt loca, ſi grauis ungula pulſat equo-
Et quæ ſtare uagis Inſula neſcit aquis. (rum,
Quæq; ſolent pluuio terræ haud humore rigari,
Quasq; gerunt miris res elementa modis.
Et maris alterno cur unda relabitur æſtu,
Prodigij uarias exequiturq; uices
Et cur æquoreo ſalſos humore ſapores,
Vi ſua naturæ certa latente facit
Quæq; calore ſequi miracula diſcimus ignem,
Quædam ardere diu quo loca ſæpè ſolent.
Talia nunc quæri communi examine fas eſt,
Ethicus aut uitæ quæ documenta refert

Conue-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Conueniant HODIE, quos par eſt, ergo rogamus,
Deſtinat huic operi quas ſchola noſtra, loco.
Nosq; iuuent, operæ nec partem haurire recuſent,
Gratus ego officij debitor huius ero.
Sed te Gnate Dei precor, huius ut ipſemet auſpex
Colloquij, & fœlix rector adeſſe uelis,

IN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

INTIMATIO
PVBLICE ADFIXA,
cum candidatorum locatio ſignificaretur.

IMpius ille poteſt manifeſto errore uideri,
Ordinis autorem qui negat eſſe Deum
Eſſe gradus uitæ, tituloſq; decenter honorum
Hoc autore palam plurima ſigna probant.
Seſe à diſcipulis dici ſinit ipſe Magiſtrum
Gnatus, abeſt uicium cui tamen omne, Dei.
Quin chorus antè Deum qui iuſſa uerenda miniſtrat,
Vnius officij non obit ille uices.
Sed titulis diſtincta ſuis hi munia curant,
Pluſq; alijs operæ ſpiritus unus obit.
Et prior eſt multis uenerando muneris uſu,
Inuidet inferior nec tamen alter idem.
Sic homines certo diſtinguimur ordine uitæ,
Omnes conditio nec tenet una uiros.
Eminet hic ſummo regnandi munere princeps,
Quo ſublime potens nil magis orbis habet.
Proximus huic tituli ſibi uendicat alter honores,
Illuſtri populos qui ditione regit.
Hic Comes inſigni generoſus honore uocatur,
Proximus ille loco principis eſſe ſolet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Nobilis inde ſequens ſe ſubijcit ordo uirorum,
Qui decus urbano nomine maius habent.
Hinc ciuile locum genus accipit, infimus ordo
Sunt, qui difficili rura labore colunt.
Illa gradus alios ſeries habet, optima uitæ eſt
Res quibus humanum non caruiſſe genus.
Conſulis ille uicem, ſed iudicis ille miniſtrat,
Ille ualet rebus ferre ſenator opem.
Hic alios gerit officij ratione labores,
Et commune bonum, qua ualet arte, iuuat.
Si Deus ergo dari non his uetat autor honores,
Qui res, quas uitæ poſtulat ordo, gerunt.
Cur his decerni titulos fas eſſe negamus,
Qui decus ingenij promeruêre, uiris?
Digna fouere Deo uirtutem præmia debent
Auſpice, quæ fas hoc non prohibente dari.
Ergò quod officij ratione iubemur, honores
Ipſe paro doctis præmia iuſta uiris.
Qui ternas nunc more uices examinis æquo
Experti, meritò, quod uoluêre, ferunt.
Nomine nam dignos illo cenſura probauit,
Quilibet hac quorum laude Magiſter erit.
Qui numero decies ſunt quatuor, exhibet horum
Hæc ceu charta ſequens nomina ſcripta manu.
Gnate Dei fac promoueas hos ipſe Magiſtros,
Vt tibi, quo donas, ſeruiat omne decus.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

ORATIO HABITA ad Decanum à clariſsimo viro D. M. Sebaſtiano Theodrico VVinshemio.

SPectatiſsime D. Decane & Procancellarie obſeruande. Audienti mihi numeroſam orationem tuam de uirtutibus & præſtãtia in omni genere laudis, inclyti herois Chriſtiani, Regis Daniæ, poſt hominum memoriam laudatiſsimi, Venit in mentem ſententiæ Salomonis mirificę illius & pene ænigmaticæ, ἐγκωμιαζομένου δικαίου εὐφρανθήσονται λάοι. Quando laudatur iuſtus lætabuntur populi. Atq; per ſe quidẽ nulla Muſica magis delectare aures poteſt, quàm ſententijs & uerbis ornata atq; perpolita oratio. Hæc uerò cum in cœtibus Chriſtianis ad magnorum uirorum & ſanctorum hominũ uirtutes celebrandas confertur, uoluptas dele-

ctatio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

ctationis huius cumulatur. Sicut autem pictura grata eſt rerum pulcrarum, ita pietatis & uirtutis in exemplis illuſtrib. propoſita deſcriptio, & celebratio harũ ornata & quaſi officioſa, per ſe lætitiam parit multiplicem conſiderantibus, atq; inſuper in pijs gaudium ſanctum & religioſum ad Deum excitat, quem hoc etiam modo dona dare hominibus agnoſcimus, & ſtudium incendit imitandi eã, quæ gratiam & fauorem à Deo, & ab hominibus caritatem et honorificam mentionem conciliare, atq; ita huius & alterius uitæ præmia habere, & credimus & experimur, Quæ res et ipſa non poteſt expers eſſe εὐφροσήνης πνευματικῆς Neq; tamen hoc tantum ſignificare uoluit παροιμιάστης ſapiens, illo dicto ſuo, ſed aliquid etiam ut opinor amplius. Quando enim Pietas, Virtus, Iuſticia, ſanctitas, in precio ſunt, argumentũ, id eſt, florere tũ respublicas, Quod publici gaudij cauſam adfert omnibus ordinibus, & utroq; quidem Reipublicæ pa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

cis et belli tempore. Celebrari autem pietate & uirtute pręſtantes homines in cætibus publicis, & preconijs talibus cupide & ſtudioſe uacare aures Ciuium, non eſſe prorſus extinctum ſtudium & culturam iuſticiæ demonſtrat, Qualia enim ἀκροάματα ſunt quibus delectantur homines, tales eſſe mores & tempora, & Reſpublica ſolent, quomodo Plato diſputat Muſicas leges ſine mutatione legum publicarum non mutari. Atq; utinam præſens ſtatus his terris conſeruetur, quo ſaluo, ſi eas mediocriter ſaltem florere negamus, ingrati ſumus Deo & hominibus. Eſt etiam pietas grata Deo, præſtare memoriam & celebrationem ijs, qui de Eccleſia Chriſti & republica bene merentur, cui in hac uita rependere illa ea ſolet, quorũ nomine populus gaudeat.

Horum omnium conſideratiõe delectauit me attendentem auribus & animo recitatio uerſuum tuorum de Rege optimo

optimo & pientiſsimo, quem propter
publice notas uirtutes ſemper maximi
feci animo meo, & ſubmiſſa uoluntate
faui ſucceſsib. & fortunæ & laudi ipſi-
us. Fuit in eo religionis ueræ ſtudium
ingens, ad quam conſeruandam atq;
propagandā omnes opes conatuſq; ſuos
conuertit, & doctores Eccleſiæ fideles,
non in ſuo tantum regno, ſed apud ex-
teros etiam benigniſsime ornauit & lo-
cupletauit, ut eſſet uere quales Reges
eſſe iubet dictum Propheticum, Nutri-
tor Eccleſiæ. In cæteris & grauioribus
& lenioribus uirtutibus præſtantia fuit
ſingulari. Et ſicut ad Deum pietas hu-
ius eximia, ita caritas patriæ in eo & pi-
etas erga ciues fuit memorabilis, Iuſti-
ciam ſapientia, fortitudinem bonitas &
manſuetudo ornauit, & hæc omnia mo
deratio, integritas, grauitas, ſolertia, hu
manitas, Itaq; & Regnum ſibi peperit,
& partum beauit. Sic geſsit bella, &
pacem ſic coluit, ut utroq; tempore ſuis
eſſet cariſsimus, cum in bello honeſtam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

pacem quæreret, & in pace quomodo bellum recte auerteretur laboraret, atq; ſecundum Elogium Homericum Rex eſſet bonus, & fortis imperator. In quibus omnibus cõmemorandis & explicandis copioſa fuit oratio tua. Regũ autem & Principum uirtutes, etiã mediocres cum ſunt, integra regna & totos populos beneficijs ſuis complectuntur. Cum in priuatis hominibus magnæ etiã uirtutes ad paucorum tantum cõmoda emanent. Itaq; per Reges & Principes Deus terris benefacit quas diligit, & per eoſdem punit quibus iraſcitur.

Sed nos inclyti regis huius laudibus et celebratione ideo etiam magis adficimur atq; lætamur uniuerſi, Quod illuſtriſsima filia huius caſtiſsimo & auguſtiſsimo matrimonio cum Principe noſtro coniuncta, illuſtriſsimam domum Saxonicam noua fœlicitate auget, cum ſcriptum ſit, Generationi rectorum benedicetur. Et maternum etiam genus

tale

tale eſſe ſuorum Principum poſteritas noſtra gaudebit atq; lætabitur. Itaq; ut illuſtriſsimam ſobolem Principis noſtri Deus clementer conſeruet, et augeat, ne deficiat ſemen quod gubernet ditionem paternam, ſupplicibus precibus noſtris eum per Chriſtum oramus.

Hoc igitut nomine iucundiſsima fuit omnibus nobis recitatio tua, quæ hoc modo non externæ tantum familiæ datur, ſed ei etiam ſub cuius præſidio uiuimus, Cuiuſq; benignitate ſcholaſticas operas noſtras exercemus, Propter quod beneficium ingens, & ipſi in primis patri patriæ et patrono atq; nutritori ſtudiorum noſtrorum, ſed & omnibus illis, quos ipſe diligit, & coniunctos ſibi habet, fauere atq; ſeruire debent ſtudia noſtra, Quia uero ſcholæ noſtræ qnaſi officinæ quædam eſſe debent præſtantiæ ſeu uirtutis humanæ, quæ ſcientia & actione cernitur, Ideo pietati & uirtuti bene merentium de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Eccleſia, & Republica, debentur officia et teſtimonia celebrationis noſtræ tam externis quam noſtratibus. Huius autem Regis familia iam cum Saxonica coniuncta eſt, & multi in hac Academia benignitatem eius experti ſunt. Laudo igitur Muſas tuas quod uirtutem celebrant, quæ eſt Heſiodæa profeſsio harum, Etſi in hoc Rege laudando ſequntur etiam priuatum officium, ut gratiam rependant pijs manibus, uel potius ſanctiſsimæ animæ eius, quę ipſas in te ornauit, cum propter fœlicitatem in ſcribendo carmine Laurea te ornauit, Quod Imperatorium & Regium munus eſt, atq; ita probas nobis te hoc agere, ut & Vir ſis, & Poeta bonus.

Cum autem hos quadraginta honeſtos & doctos uiros & iuuenes, in publica & priuata examinatione, eos in Philoſophiæ & optimarum artium atq; diſciplinarum ſtudio profectus feciſſe experti ſimus, ut & ipſi quod laudem mereamereamerea-

mereatur præſtare, & in alijs quæ talia
ſunt agnoſcere atq; celebrare, & pro-
feſsione atq; uſu ſtudiorum noſtrorum
Eccleſiæ Chriſti & Reipub: utiliter in-
ſeruire poſsint, Dignos eos Collegium
noſtrum iudicauit, Quibus gradum &
inſignia Magiſterij Philoſophici con-
ferret, & mihi mandauit, ut eos hoc no-
mine tuæ humanitati commendarem.
Quare ſpectatiſsime D. Decane Col-
legij noſtri, & horum candidatorū no-
mine á tua licētia peto, ut pro autoritate
muneris, quod in preſentia geris pote-
ſtatem eis facias accipiendi Gradum &
inſignia Magiſterij Philoſophici, & eos
liberalium artium Magiſtros crees, ac
creatos publice renuncies, Ita quod no-
ſtrum Collegium his optimis et doctiſ-
ſimis uiris decreuit exequeris, & de col-
legio & re ſcholaſtica, & his ſingulis &
uniuerſis candidatis bene mereberis.

Oro autem filium Dei, dominum
noſtrum Ieſum Chriſtum, Crucifixum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

pro nobis & reſuſcitatum, Vt harum terrarum Eccleſias & ſcholas perpetuo conſeruet & tueatur, & cœtus diſcentium & docentium Spiritu ſuo ſancto gubernet & regat, ut ipſi grata doceant, diſcant & faciant, Et horum candidatorum ſtudia & omnes uitæ actiones ad ſui nominis gloriam, & Eccleſiæ utilitatem dirigat, Amen.

DIXI.

QVAESTIO RECITATA à Magiſtro Hartuuico Smidenſted Luneburgenſi.

QVEMadmodum crimen impudentiæ nullo modo poſſem effugere ſi in hac frequentia eruditorum, tamq; uenerando ſeniorum cõſeſſu oblitus ætatis & decori priuato conſilio has mihi partes dicendi ſumerem: ita cũ autorita-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

autoritate legum & honeſtiſsima conſuetudine cogente, quantumuis natura timidior & conſcius imbecillitatis mihi meæ, non defugiam has operas, etſi non dubito, pro ſapientia & æquitate ueſtra facile me impetraturum, ut iuſſo mihi nunc publice dicere ac proponere mea uoce aliquid in his congreſsibus publicis, ueniam detis, meq; res non indignas explicatione diligente, nec abſurde cogitatas oratiuncula mediocri exponere tentantem patienter audiatis, tamen ne obedientiæ quidem (qua haud ſcio an ulla iuſtior eſſe poſsit) excuſationem mihi profuturam exiſtimarem, niſi accederet (in hac præſertim ætate & infirmitate mea) uerecundię ſignificatio publice teſtificans, hoc ipſum reuerenter ac modeſte me á uobis petere, ut, iuxta ſapienti conſilio introductum Academiarum morem, de Quæſtione quadã diſſerere me nõnulla conantem qua ſoletis humanitate ac comitate toleretis, nec ingenij fiducia potius quam officio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

(cuius haud dubie laus maior eſt in iunioribus quam ſapientiæ) ut tali tempore et loco dicere non recuſarem adductum eſſe, penitus uobis perſuadeatis. Ideo cum cauſam dicendi unicuiq; ueſtrum probari exiſtimem, & patrocinetur mihi conſuetudo publica, nec leuiter confirmetur et erigatur animus meus recordatione conſiderationeq; ſummæ humanitatis ac æquitatis ueſtræ, qua ex hoc ipſo loco auditos â uobis ante me pleroſq; memini; id quod unũ reſtare uideo, ut decet ac par eſt, uos uniuerſos atq; ſingulos, reuerenter & amanter oro, ut (ſicut ultro propter legum conſeruationem conſueuiſtis hactenus facere) me quoq; iam, honeſtis maiorum inſtitutis & pręceptorum uoluntati modeſte obtemperantem non grauatim audiatis, & recitationem quęſtionis, piorum ac eruditorum hominum conſideratione fortaſsis haud indignæ, qualemcunq; boni conſulatis, præſertim cum materiam non ingratam

ſtuduerim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

ſtuduerim afferre, & quantum fieri po-
teſt operam ſim daturus, ne prolixitate
orationis meæ abuſus eſſe facilitate ue-
ſtra uidear.

Etſi autem hic dies qui IIII. eſt Idu-
um ſextilis me commonefaciebat, ut ex
S. Laurentij hiſtoria potiſſimum quæ-
ſtionem ſumerem, tamen cum ſæpius in
his conuentibus ſollennibus, & de oc-
caſione confeſsionis tam illuſtris atq; cõ
ſilio potius amittendi uitam, quam tra-
dendi Tyranno theſauros Eccleſiæ, &
de cauſa ſingularis fidei roboris inui-
ctæq; fortitudinis in ſupplicio Martyris
huius copioſe grauiter ac erudite diſpu-
tatum ſit, ne totieseadem audiendi per-
moleſto quodam afficeremini faſtidio,
malui in præſentia, de conſilio præce-
ptorum, aliud eligere quæſtionis argu-
mentum, conſtituiq; nunc pauca pro-
ponere diſputanda de duobus ſcripturæ
dictis ualde quidem (ut mihi uidetur)
inſignibus, altero Lucę 7. Remiſſa ſunt
ei peccata multa, quia dilexit multum,

altero

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

altero Matth. 5. Niſi antecelluerit iuſticia ueſtra iuſticiæ Phariſeorũ & ſcribarum, non ingrediemini in regnum cœlorum, quæ etſi in diuerſis Euangeliorum concionibus leguntur, tamen utranq; narrationum harum, cur nõ ita pridem Reuerendus D. Paſtor ac cæteri huius Eccleſiæ miniſtri, eodem die proximi menſis Iulij proponendã atq; declarandam publice cenſuerint cauſas fuiſſe probabiles adhuc tenere uos memoria, aut certe in eam reducere facile poſſe arbitror.

De priore quidem, quod ex Luca citauimus, Chriſti dicto: Remiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multum: meminimus hac ætate defenſorum impietatis pontificiæ contentiones acerrimas extitiſſe, fortaſsis ideo, quod iudicarent nullum ex omnibus argumentis quæ ſolent ueræ ſententiæ de iuſticia fidei ab ipſis opponi nobis obijci poſſe ſpecioſius ac ſplendidius, hac ipſa ratiocinatiõe: Dominus pronunciat remiſſa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

eſſe peccata mulieri peccatrici, quia di-
lexerit ipſum, Ergo certiſsimum eſt nõ
tantum fide, ſed etiam dilectione fieri
remiſsionem peccatorum. Et apparet
huius ipſius ſophiſmatis, quod eſt ſane
εὐπρόσωπον & Eccleſiarum noſtrarum
doctrinam de fide nonnihil labefactare
uidetur, agitatione Papiſtica motũ eſſe
reuerendæ ac ſanctæ memoriæ D. do-
ctorem Martinum Lutherum, ut ante
annos octo & triginta publice propo-
neret hanc materiam ad diſputandum
in noſtra ſchola, querens de ſplendida
refutatione obiectionis præmiſſæ, ſen-
tentijs θεματικῶς aſſertis atq; concluſis
numero ſexaginta: in quibus, ut nos
loquimur, propoſitionib. præcipue tra-
ctat & urget admodum plauſibilem &
perexpeditam inprimiſq; docentibus in
populo accomodatã ſolutionem de du-
plici abſolutione, qua et nunquam ſatis
laudatæ memoriæ D. præceptorem no-
ſtrum Philippum Melanthonem non
raro uſum eſſe ſcitis, cum moneret hanc
gnomen,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

gnomen, Remiſſa ſunt illi peccata multa, quia dilexit multum, Commode & concinne intelligi poſſe de publica remiſsione ſeu abſolutione coram Eccleſia, in qua receptione neceſſe eſt ab alijs conſpici teſtimonia conuerſionis non ſimulatæ. Nec enim ea de qua loquimur abſolutio fieri poteſt alio modo, niſi conuerſione publice recipiendorũ oſtenſa externis operibus, ſeu, officijs ueræ dilectionis. Et uidetur hic Phariſęo uoluiſſe declarare Chriſtus, cur mulierculam ab ipſo accuſatam et damnatã publice recipiat, Scilicet, quod extent ſigna ſeriæ conuerſionis eius, quæ quidem ita recitantur â Domino apud hũc hypocritam, ut potiſsimum mentio fiat eorum operum, quorum contraria peccata conſpiciebantur in Phariſæo. Videtur item patrocinari huic reſponſioni, quod poſtea dicitur ad ipſam mulierem, Fides tua te ſaluam ſecit. Hæc .n. ſine ulla dubitatione uox eſt Abſolutionis priuatæ qua fit remiſsio corã Deo,

et con-

& conſolatio conſcientiæ luctantis cum ira Dei: Propterea .n. hic expreſſe nominatur Fides, ut intelligatur gratis accipi remiſsio peccatorũ propter Mediatorem: quia conſtat facta mentione fidei mox excludi conditionem propriæ dignitatis ſeu fiduciam noſtrorum meritorum, nec tamen excludi præſentiam dilectionis & neceſsitatem bene operandi, ut hoc Sycophantico ſeculo quoſdã præſtigiatores petulanter & impudenter audimus fingere.

Cæterum hæc quam recitaui ſolutio cum doctioribus & ſubtiliore ac ſinceriore iudicio præditis, in ea parte qua uerba textus quibus Papiſtæ nituntur accõmodat ad publicam abſolutionem coram Eccleſia, uideretur magis rudiũ in populo docendorum & rixatorum inter aduerſarios Pontificios repellendorum cauſa tradita, quam ex ſolidis huius controuerſiæ fundamentis extructa, & perpetuo conſenſu concionum Propheticorum & Apoſtolicorũ mu-

nita

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

nita eſſe, uerecunde ſignificarunt illi ſe
præter hanc expeditam reſponſionem,
quam iudicarent eſſe bonam ſolutionē
ad hominē, ut in ſcholis loqui ſolemus,
deſiderare aliam (ut rurſus ſcholarum
more loquar) magis realem, ac funda-
mentaliorem : quorum ſiue deſiderio,
ſiue politulo limatuloq; iudicio, ut ſatis-
faceret præceptor noſter, omni laude
pietatis, uirtutis, ſapientiæ, & doctrinæ
præſtantiſsimus & nunc ſanctiſsimus,
D. Philippus Melanthon, addidit in
ſcriptis ſuis et hanc, meo quoq; iudicio,
ſolidiorem ac neruoſiorem, ſeu firmio-
rem reſponſionem, qua tanquam Ca-
none catholico, & ceu regula generali
poſſumus uniuerſaliter uti in explicati-
one quorumlibet ſcripturæ locorum,
quib. laudes obedientiæ noſtræ & ope-
rum bonorum continentur, hac uideli-
cet ratione, ut dicamus, ſemper dicta de
laudibus operū eſſe Synecdochas, ideoq;
contendamus & hūc textum : Remiſſa
ſunt ei peccata, quia dilexit : oportere
intelligi

intelligi iuxta Synecdochen includendã ſeu comprehendendam in omnibus locis de operibus et de lege, ut in dicto, Si uis in uitam ingredi ſerua mandata, ut in uerſu Pſalmi, Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, ut in concionibus Propheticis, Conuertimini ad me et ego conuertar ad uos, Item, Conuertimini filij reuertentes et ſanabo uos, Item, Deſinite malefacere, auferte malum cogitationum ueſtrarum, ſi peccata ueſtra fuerint ut coccinum, eritis candidi ſicut nix etc: qui textus omnes cum loquantur de tota cõuerſione, quæ plurium eſt ac diſsimilium partium, ita ſimul complectamur has partes, ut intelligatur quomodo ſint diſcernendæ, ſeu quid differant, ne hoc quod eſt fidei proprium tribuatur uel contritioni uel obedientiæ nouæ, ſed tribuatur diſtincte unicuiq; parti quod ei debetur: Quia cum ſola fide accipiatur reconciliatio, adeſſe tamen et ſequi nouam obedientiam oportet, ut nunc et deinceps

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

ſimus atq; maneamus templa Dei in omni æternitate. Nec obſtat quod obijciunt contentioſi Sophiſtæ, particulam ὅτι, ſeu quia, eſſe αἰτιολογικὴν, ſiue cauſalem, cum dicitur, Quia dilexit multum. Nam Synecdoche uim particulæ cauſalis ita moderatur ac mitigat, ut determinet ſeu reſtringat ad eam tantũ partem conuerſionis, cui proprie congruit acceptio ſeu appræhenſio gratuitæ remiſſionis peccatorum, quam certum eſt, ex Paulo dimicante de particula Gratis, dari propter ſolum Mediatorem, non propter noſtrã dignitatem, etiamſi negari non debet neceſſario ſimul accendi & in ſalutari pœnitentia ſeu conuerſione ad Deum oportere concurrere plures uirtutes. Inſania enim eſt cogitare uiuificationem, in qua filius Dei credentes dato Spiritu ſancto regenerat ad uitam æternam, eſſe ſine magnis & ardentibus motibus diuinis: Et tamen fides aſsidue prælucens toti reliquarum uirtutum choro tantum nititur Mediatore,

quem

quem intuens accipit promiſſam miſericordiam propter ipſum: Imo ne exiſtere quidem dilectio poteſt niſi in appræhendente remiſsionem peccatorũ fide, Qua fide nominata, ſicut antea dixi, mox excluditur conditio meriti noſtri, quod quidem confirmatur euidenter ac perſpicue ſequentibus in eodem textu teſtimonijs, Cui multũ remittitur multum diligit. Item, Fides tua te ſaluam fecit. Hanc reſponſionem ſimplicem, perſpicuam, firmam & irrefutabilem, cum iudicem eſſe ſine ſophiſtica, & ita probem, ut non uerear anteferre alteri ſolutioni ſpecoſiori de duplici abſolutione, quam tamen ut ſplendidiorem & expeditiorem etiam retineri à doctorib. Eccleſiarum optarim: miror quo uel ſtudio, uel conſilio (non enim dicam qua uel incogitantia uel peruerſitate) Flacius Illyricus reiecerit utranq; commemoratarum explicationum, cũ certe quod ad reprehenſiõem prioris attinet, etiamſi quid in ea deſideraret, dignitati

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

uiri diuini reuerendæ memoriæ Docto-
ris Lutheri, cuius in diſputationibus ea
traditur, parcere debuerit. Sed ipſe na-
tura fortaſsis amantior cauillationum et
præſtigiarum ſudare maluit in queren-
dis argutioribus et callidioribus, ſeu (ut
ita loquar) magis ueteratorijs ſolutio-
nibus, ut uiciſſe uideretur etiam Oſian-
dri ſubtilitates grammaticas, quem au-
dio in conuentu Vuormatienſi ante an-
nos 20. contendiſſe hanc orationem:
ἀφέωνται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαί: nõ
eſſe aſſeueratiue reddendam oratione
indicatiua, ſicut nos legimus, Remiſſa
ſunt illi peccata multa, ſed hoc modo
explicandam eſſe, ut intelligatur Chri-
ſtum iubere reijci eam mulierculam, cui
ipſe poſtea ſit remiſſurus, perinde quaſi
hoc dicatur, Remittantur, uel ſint re-
miſſa huic mulierculæ peccata, ſcilicet,
poſtea cum fiet mentio de fide, ſeu, cum
accedet uox abſolutionis priuatæ, Fides
tua te ſaluam fecit Sed. huius ueterato-
riæ eluſionis abſurditas facile refutari,
poteſt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

poteſt, prolatis annotationibus erudi-
tiſsimorum grammaticorum, ex qui-
bus, ut nunc eos tantum nominem,
qui uerſantur in manibus diſcentium,
perſpicue de hoc doceri poſſunt iuue-
nes teſtimonijs & Clenardi & Varini
Phauorini, quem non dubito ex ueteri-
bus græcorum cōmentarijs hoc ipſum
transſcripſiſſe, quod ἀφέωνται hoc loco
ſicut Matth. 9. & 1. Ioh. 2. ſit præteri-
tum indicatiuū Atticum, pro ἀφεῖνται,
quemadmodum dixerunt ἀνέωνται pro
ἀνεῖνται: Et Suidas inquit, ἀφεῖκα τὸ ἀττι-
κόν, τὸ δὲ ἀφέωκα δώριον, κέχρηνται δὲ καὶ
ἴωνες ὡς ἡρόδοτος: Vnde non dubium
eſt, & in tempore perfecto eſſe empha-
ſin minime negligendam, & hoc aſſer-
tiue dici à Domino, non dubitatiue,
ut ita loquar, aut optatiue, aut man-
datiue, ſicut Oſiandro & alijs quibuſ-
dam ſpinoſis diſputatoribus fertur pla-
cuiſſe. Verum ne prolixitate recitatio-
nis huius detineantur & offendantur
auditores, tranſeo ad qualemcunq; cō-
monefactionem de altero dicto, quod

in quæſtionis informatione poſteriore loco citauimus ex Mattheo, Niſi iuſticia ueſtra abundauerit ſeu excelluerit ſupra iuſticiam Scribarum & Phariſeorum, non poteſtis ingredi in regnum cœlorum. Hoc teſtimonium Antinomicæ ſectæ fautores pertinaciſsime negant loqui de neceſsitate bene operandi, quia fiat mentio iuſticiæ piorum, quam non dubium ſit intelligi debere de iuſticia, id eſt, gratuita acceptatione perſonæ coram Deo propter Mediatorem ſola fide apprehenſum. Hac igitur opinione faſcinati ſic ratiocinantur: Chriſtus nihil aliud requirit tanquam neceſſarium in electis membris Eccleſiæ niſi hoc, ut iuſticia Chriſtiana excellat ſupra iuſticiam Phariſaicam, Iuſticia piorum, quæ eſt gratuita reconciliatio ſola fide antecellit hypocriſi diſciplinæ Phariſaicę, Ergo non eſt fingendum inchoationem nouæ obedientiæ neceſſariam eſſe in electis membris Eccleſiæ, cum de neceſsitate ſolius fidei dicatur à Domino. Huius-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Huiuſmodi tragædijs Antinomi temporis huius captant plauſus ſui theatri pietatis legum ac diſciplinæ inimici, gaudentiſq; laxari cupiditatum frenos & confirmari licentiam infinitam, his et ſimilibus hyperbolis non intellectis: Fides non eſt fides niſi ſit ſola, id eſt, ſine cæteris uirtutibus: Particula, Gratis, apud Paulum non excludit tantum dignitatem, ſed etiam præſentiam obedientiæ: Noua obedientia non eſt debitum, quia eſt ſpontanea: Creatura rationalis non debet obedientiam Deo ſancienti hunc ordinem, ut ſit ſubiecta & conformis uoluntati Creatoris: Lex Moralis non eſt æterna, quia homines quibus eſt data Lex non ſunt æterni: Bona opera non ſunt neceſſaria, quia plus nocent fidei quam mala: Deus nõ curat opera: Electi placent Deo etiam ruentes in ſcelera contra conſcientiam: Summa ars Chriſtianorum eſt legem neſcire: Decalogus non proponatur in templo, ſed in curia: Legifer ad cor-

uos

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

uos Moſes iubeatur abire. Sed deſino, omiſſa recitatione harum tetrarum ac blaſphemarum uocum, quæ cũ in templis eduntur, aut in publicis ſcriptis editæ leguntur optarim nobis ſcholaſticis, & populo aures obſtructas eſſe, ſicut Irenæus narrat ſenem Policarpum meatus aurium digitis obſtruere ſolitum, ne blaſphemas impiorũ uoces audiret. Quanquam autem temporis anguſtia non concedit, ut longior explicatio mearum quęſtionum de his duobus Chriſti dictis inſtituatur: tamen, ut mos uſitatus in hac Academia ſeruetur, defero earum declarationem ad Magiſtrum Caſparum Crucigerum, quem oro, ut ſi poteſt his tantis de rebus nos doceat planius, & ſolutionem argumenti Antinomici monſtare iunioribus ne grauetur.

DIXI.

RESPON-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

RESPONSIO CLArißimi uiri D. Magiſtri Caſpari Crucigeri.

LAudo uoluntatem tuã, quod oſtendis amare te Eccleſiæ ſtudia: nec improbo conſilium, quod elegiſti quæſtionem, cuius mediocris explicatio uidetur hoc præſertim tempore non inutiliter commonefactura rudiores & minus exercitatos de inſidijs, quæ aſtute ueritati ſtruuntur à pernicioſis ingenijs in Eccleſia: nec accidit ingrata mihi beneuolentiæ tuæ erga me publica ſignificatio: Quanquã ſerio optarim, quæſtiones tuas, ut antea fuit uſitatum in hac ſchola, ad aliquem ex clarißimis uiris, D. Doctoribus Theologiæ, noſtris præceptoribus omni reuerentiæ cultu dignißimis â te delatas eſſe, aut certe ab aliquo collegarum meorum ingenio & eruditione magis ad dicendum inſtructo propter utilitatem ſcholæ nunc flagitatam eſſe, uel harum, uel ſimilium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

queſtionum explicationem. Me enim nihil afferre dignum poſſe ſiue conſeſſu tot præſtantium uirorum, ſiue tua & cæterorum auditorum expectatione, res probabit ipſa. Vt ut autem ſe cætera habent, illud quidem non incommode cecidiſſe uideo, quod, ut ais, anguſtia temporis huius non permittit à me inſtitui longiorem declarationem. Eſt enim quod gaudeam, non deeſſe mihi facultatem reſponſionis abrumpendæ, cum forte uiſum fuerit, hoc prætextu, quod habenda ſit ratio temporis & auditorũ. Et ſcitum eſſe putatur, ut inquit Craſſus apud Ciceronem, cauſam conferre in tempus, cum afferre plura, ſi cupias nõ queas.

Sed ut maxime uelim prolixe reſpondere, uix habeo quod addam refutationibus argumenti Papiſtici à te modo recitatis, niſi fortaſsis hoc: uideri mihi in commemoratione ſolutionis illius, quam tu ſplendidiorem & expeditiorem nominas, hoc quoq; non indignum

de quo

de quo iuniores moneantur, Quod cum tota contio Chriſti de muliere ad Phariſeum recitet ſigna fidei, breuiſsime, & niſi fallor, ſatis concinne reſponderi poſsit, hac ratione, In his uerbis Domini: Remiſſa ſunt ei peccata, quia dilexit: κατὰ μετωνυμίαν nominari ſignũ fidei pro ipſa fide, ſicut in eadem narratione lacrimæ mulieris nominantur pro contritione, ut ſignatum de ſigno, quod uſitatiſsimum eſt, facile queat agnoſci. Quo quidem explicationis modo memini etiam Reuerendos uiros D. Doctorem Lurherum, D. Doctorem Pomeranum, & Dominum præceptorem noſtrum, quorum memoriam quibus uerbis celebrem non reperio, libenter & frequenter uſos eſſe, cum dicerent: Chriſtum hic argumentari ab effectu, uolentem confirmare hanc mulierem agentem pœnitentiam habere iam fidem & dilectionem, ſicut manifeſte poſteà nominatur fides, cui cum adiungit Dominus mentionem dilectionis, non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

propterea ſequitur, dari remiſsionem propter has uirtures; aut tranferri cau-ſam remiſsionis in noſtra benefacta, Sed hoc ſequitur, has uirtutes laudari, pla-cere, & ornari magnis præmijs, quia perſona placet per miſericordiam, quæ ſola fide apprehenditur. Hæc iudico congruere ad Synecdochen tuam, quã recte contendis neceſſario includi & comprehendi in omnibus locis de ope-ribus de lege: Quia certe non laudatur obedientia niſi in his, qui ſunt reconci-liati fide, iuxta illud, Omne quod non eſt ex fide peccatum eſt. Item, Legem fide ſtabilimus. Nec poteſt fides niti pariter promiſsione gratuita, & condi-tione noſtræ dignitatis: nam implicatio contradictionis eſt tetrum mendacium.

At hic rurſus opponunt Papiſtæ: Cur dicitis eſſe Synecdochen in locis de laudibus operum, nec uultis tamen ad-mittere Synecdochen in teſtimonijs de fide: cum in dicto, Fides tua te ſaluam

fecit,

fecit, uideatur non minus conuenienter aſſui poſſe. Fides tua, ſcilicet, formata dilectione: ſicut & in uerſiculis Pſalmi citatis â Paulo, Beati quorum remiſſæ ſunt ἀνομίαι &c. non abſurde uidetur hæc interpretatio, tanquam σοφὸν φάρμακον, adhiberi poſſe, Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, ſcilicet, cum habent iuſticiam operum Deo placentem. De hac diuerſitate ſæpe dicimus hoc modo recte reſponderi, Quod uniuerſaliter in laudibus operum prius oporteat hanc promiſsionem comprehendi, Beati quorum remiſſæ ſunt ἀνομίαι &c. quia ſemper in perſona adſunt peccata, nec acceditur ad Deum in uero agone, niſi prius apprehenſa remiſsione. Neceſſe eſt igitur prius intelligi fidem prælucentem, quæ accipit remiſsionem peccatorum & reconciliationem gratis propter Mediatorem: ut duobus uerbis explicari poſſe uideantur hæ propoſitiones, Beati miſericordes, Item, Dilexit multum, ſcilicet, prælu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

cente fide, ſeu, ut Euagrius loquitur,
προηγουμένης πίστεως: Et in oratione illa,
Beati miſericordes &c. intelligatur to-
tum dici de aliqua parte, id eſt, miſeri-
cordia eſt bonum, eſt res placens Deo
prælucente fide. Verum dicta de re-
miſsione & de fide non ſunt Synecdo-
chæ, quia ſunt prædicationes aut definiti
de definitione, aut proprij effectus de
propria cauſa, quemadmodum alio loco
copioſius hoc declaratur, quod uidelicet
gratis propter filium Dei recipiamur,
& quod hæc remiſsio non tempore ſed
ordine naturæ antecedat opera bona,
quodq; fides non accipiat uitam â dile-
ctione ſequente, ſed ſit cauſa dilectio-
nis: Ideo enim diligitur Deus, quia
agnita eſt miſericordia promiſſa pro-
pter filium orantem pro nobis, Sit dile-
ctio tua in eis qua me diligis. Et certe
in hoc dicto, Iuſtus fide ſua uiuit, ne-
ceſſe eſt retinere hanc conſolationem:
quod etiam conuerſi, ſeu renati, iuſti
ſint fide gratis propter obedientiã Me-

diatoris

diatoris, non propter diuinitus ipſis im-
preſſam ſeu infuſam nouitatem, ut fin-
gunt aduerſarij Pontificij, & quidam
inter noſtros Enthuſiaſtæ. Sed uenio
ad Antinomicam obiectionem, de di-
cto, Niſi antecelluerit iuſticia ueſtra:
Quod cum ſit legalis concio: ſicut to-
tus ille textus Matth: 5. doctrina eſt
de perpetuitate ſeu æternitate legis Mo
ralis, & enarratio quorundam præce-
ptorum Decalogi ſumpta ex ipſa lege,
ſic tamen ut ἀκριβοδίκαιον legis, id eſt, ri-
gida comminatio ſententiæ Decalogi
damnatoriæ mitigetur & corrigatur per
dulcem & mirandam ἐπιείκειαν additam
uoce Euangelij per filium ex ſinu Pa-
tris æterni prolata: Id cum ita ſit, iudico
inepte ac ſtolide ab Antinomis hanc
gnomen νομικὴν ſeu legalem ſententi-
am transformari in cõſolationem Euan
gelij propriam de remiſsione peccato-
rum, & gratuita receptione perſonæ co
ram Deo: Nam reconciliationis pro-
pter Mediatorem certe in hoc dicto nõ

ſit expreſſa mentio. Ac miror cur non ſimili impudentia conentur perſuadere nobis Antinomi, hæc quoq; dicta, cum in eodem textu legantur, eſſe uocem promiſsionis Euangelicæ, Beati miſericordes, quia miſericordiam conſequentur, Beati pacifici, quia filij Dei uocabuntur &c. Nam quod præſtigiatores iſti colligunt: Iuſticiam piorum eſſe imputationem iuſticiæ ſeu acceptationem propter Mediatorem, quia non habemus integram legis impletionem: Hanc uero iuſticiam excellere ſola fide: Igitur non exiſtere neceſſario in ſaluandis, ſeu, electis Eccleſiæ membris nouitatem ſpiritualem, quæ eſt inchoatio uitæ æternæ: id ἀσυλλόγιστον σόφισμα, perſpicue & expedite refelli poteſt mentione fallaciarum (ut dialecticorum uerbo utar) in quas incurrit. Error enim eſt impingens in fallaciam Aequiuocationis, in dictis legalibus uocabulum iuſticiæ interpretari tantum de relatione, id eſt, de acceptatione perſonæ coram

Deo,

Deo, excluſis ſignificationibus legi conuenientibus, cum tamen hic diſerte dicat Dominus, Iuſticiam VESTRAM oportet excellere, ut appareat aliam nominari iuſticiam, id eſt, ab hac diſcernendam, de qua Paulus loquitur, inquiens, Iuſticiam DEI manifeſtatam eſſe ſine lege: ubi certum eſt intelligi iuſticiam Dei, qua Deus nos recipit & iuſtos pronunciat, iuxta promiſsionem gratiæ de Mediatore. Nec tamen uiuificatio eſt diuellenda ab imputatione, etiamſi neceſſe eſt obedientiam Mediatoris in infinitum anteferri nouis actionibus, quæ diuinitus fiunt in renato.

Poſtea conſideretur, illam Hyperbolen, qua dicitur iuſticia piorum excellere ſola fide, incurrere in fallaciam à dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter. Non enim certe hoc intelligi poteſt de ipſo motu fidei, ſed eatenus uere ita dicitur, quatenus fides eſt correlatiuum gratiæ adducens nos ad Mediato-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

rem, ſeu adducens nos ad Deum adiunctos Mediatori, & in hoc apprehenſo acquieſcens. Sicut nec altera hyperbole Antinomica, cuius mentionem feciſti, fidem ſcilicet non eſſe fidem niſi ſit ſola, probari aut tolerari debet, niſi ſic intellecta, Fidem non eſſe fidem niſi ſit fiducia ſolius miſericordiæ Dei propter Mediatorem. Et ut maxime concedatur, iuſticiam Chriſtianam ſola fide excellere, uidelicet, in iudicio Dei, ubi tegit credentem Mediator, uelut umbraculo, applicatione ſui meriti, tamen inde non efficitur, nullam eſſe præſtantiam, ſeu antecellentiam renouationis ſpiritualis collatione ſeu reſpectu iuſticiæ carnis, quæ eſt externa diſciplina non renatorum, ſeu Hypocritarum. Ita multiplices inuoluuntur ἀκυρολογίαι, & pręſtigiæ, in iſtiuſmodi ieiunis Antinomicorum ſophiſmatum uanitatibus: Quia ne hoc quidem ſequitur, iuſticia piorum excellit ſola fide, ergo excluditur neceſſitas obedientiæ ſequentis. An temulenti

lenti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

lenti & agreſtes iſti aſini uolunt in Io-
ſeph, in Elia, in Baptiſta, in Paulo, non
ſimul fuiſſe excellentiſsimos motus di-
uinos? Sed omitto in præſentia longio-
rem diſputationem, cum de ſumma rei
meum iudicium oſtenderim. Ac potius
hortor auditores noſtros, ut fugiant ſo-
phiſmatum præſtigias, ne ſeſe & alios
implicent inextricabilibus labyrinthis
parituris dubitationes ac odium uniuer-
ſæ religionis, utq; cognita ſimplici ueri-
tate ſtudeant eam retinere, & proprijs
ac perſpicuis uerbis exponere. Deniq;
oro filium Dei, ut ipſe, cum ſit λόγος
æterni Patris, nos doceat ac gubernet,
nec ſinat extingui lucem ſuæ doctrinæ
in his Eccleſijs & Academijs, ſed
faciat manſionem in nobis, ut
ipſum in omni æterni-
tate læti celebre-
mus.

DIXI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

GRATIARVM ACTIO habita à M. Michaële Reichart Regensburgenſi,

ETſi gaudeo has partes dicendi mihi attributas eſſe, in quibus ſumma laus eſt officij, uidelicet ut gratias agam Deo, & ijs qui ſtudia noſtra adiuuerũt: tamen doleo me oratione non poſſe ſatis declarare noſtrum iudicium de his beneficijs & pietatem erga præceptores. Ingens omninò Dei beneficiũ eſt, quod non ſolum condidit genus humanum, ſed ſe etiã patefecit, ac tradita doctrina miniſterium inſtituit, quo uult eã propagari. Non igitur maius beneficiũ hominines hominibus impertire poſſunt, quàm doctrinæ cõmunicationẽ, in qua fideles doctores ſunt συνεργοὶ θεοῦ, & ad Deum auditores non contumaces adducunt, qui fiunt γεοργιον καὶ οἰκοδομὴ θεοῦ, & templum Spiritus ſancti. Imò propemodum ut fœtus in aluo materna ſeruatur, & per cotylodones tanq̃ Canales ſu-

les ſugit & attrahit nutrimentum ex uberibus maternis,quo alitur & reficitur: ſic in aluo Eccleſiæ,id eſt, in gremio doctorum ſeruamur à Deo, & alimur ac prouehimur uoce diuina,quæ per canales, hoc eſt, uoce docentiũ in nos transfunditur, Hac imagine eo libẽtius utor, quia uerè ut fœtus in aluo materna diuinitus naſcitur & cuſtoditur,ita et ſcholæ Dei ope naſcuntur & conſeruantur. Fuit autẽ hæc ſchola multos annos inde uſq; á principio reſtitutæ doctrinæ cœleſtis aluus utilis diſcentibus, in qua immenſo beneficio filius Dei lucem doctrinæ ſuæ ex denſiſsima errorum caligine productam, rurſus accendit, & cũ Euangelij doctrina cæteras diſciplinas reſtituit. Fateor etiã, & fateri ac teſtari in omni æternitate meæ me conſcientiæ iudiciũ atq; omnes pios & ſanos cogit, rectè integrè ac fideliter, & cœleſtem doctrinam ſine ullis corruptelis & Philoſophiam traditam nobis atq; explicatam eſſe,& debere nos huic ſcholæ, quæ

gremio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

gremio ſuo nos complexos diligentiſsimè fouit ac protexit, ut dulciſsimæ matri, præceptoribus, qui nos copioſa rerum uariarum doctrina inſtuxerunt & moribus exornarunt conuenientibus, ut patribus & nutricijs cariſsimis cum perpetua gratitudine, ac præceptorum beneficiorum memoria ſumma ἀνευθερεπήρεια: ac toto pectore abominor et deteſtor ingratitudinem eorum, qui arroſa & exeſa aluo materna matrem ſcholam calumniarum præſtigijs conficiunt (quod de uiperis narrant) & Præceptores, quorum opera creuerunt, odio, ambitione aut uindictæ cupiditate deuorant, quod de ingratis confirmant cuculis. Ago itaq; gratias toto pectore meo, & cõmuni nomine horum συμφοιτητῶν Deo æterno, Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti conditori generis humani, & Eccleſiæ ſuæ, unà cum filio ſuo Domino noſtro Ieſu Chriſto crucifixo pro nobis & reſuſcitato, & Spiritu ſancto, quod Eccleſiam ſibi inter nos colligit,

& ſtu

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

& ſtudia doctrinæ non ſinit in his regi-
onibus extingui, & quod noſtra ſtudia
hactenus adiuuit, eumqꝫ ardentibus uo-
tis precor, ut deinceps quoqꝫ & hanc
ſcholam tueatur & conſeruet, & Præ-
ceptores noſtros regat ac roboret, &
nos protegat ac gubernet.

Deinde & gratias ago illuſtriſsi-
mo & inclyto Principi Auguſto Duci
Saxoniæ Electori, domino noſtro cle-
mentiſsimo, qui, cum præcipua cura in
gubernatione eſſe debeat, ut recte do-
ceantur homines: uult rectè erudiri iu-
uentutem & ſcholas conſeruat. Ago
etiam gratias magnifico Domino Re-
ctori, inclytis & illuſtribus Pomeraniæ
Ducibus etc. illuſtrib. & generoſis Do-
minis Baronibus, reuerendis, clariſsimis
& doctiſsimis uiris dominis Doctorib.
& nobilibus uiris, ac noſtris præcepto-
ribus, Magiſtris & cæteris omnibus,
qui huc noſtri honoris cauſa conuene-
runt, & ſingulis, ubicunqꝫ erit occaſio

bene-

beneuolentiam & gratitudinem no-
ſtram declarabimus, precipuè uerò præ-
ceptoribus optimè meritis perpetuam
animorum gratitudinem pol-
licemur.

DIXI.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

m no-
rò præ-
petuam
ol-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]

3081.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3081 8° [35,-161]